



65.
POLYDORI

VERGILII LIBRUM

VIRI HONORATVS

GREGORIVS HORST

huic Bibliothecæ destina

uit prodita memoria sua

in hanc scholam pietatis

posteris.

Anno Christi nati

M. D. LXV.

Over

1000 1000 1000 1000

1000 1000 1000 1000

1000 1000 1000 1000

1000 1000 1000 1000

1000 1000 1000 1000


1000 1000 1000 1000

1000 1000 1000 1000

1000 1000 1000 1000

1000 1000 1000 1000





RATIO IN-
VENIENDI MEDIUM TER-
minum in syllogismo Categorico,
ab Aristotele tradita, & per CHRIS-
TOPHORVM CORNE-
RVM ex Fagis diligen-
ter explicata.

Vnà cum tractatu ipso τῷ ἀντιπροσώπῳ
τάσων, ex Aristotele, ad finem
adiecto.

Addita etiam est Præfatio, de usu
huius doctrinæ.

BASILEÆ.

RATIONI
VENIENDI MEDIVM T. R.
minum in syllogismo Categorico
ab Aristotele tradita, & per CHR.
STOPHORVM CORNE
RYM ex Fagis diligen
ter explicata.

Vna cum tractatu in ipso textu ad Aristotelem
textu ex Aristotele ad hunc
adhibito.

Adhuc etiam est tractatus de vita
huius doctrinae.

BASILEAE.



REV EREN DISS I M O
Præsuli, Principi ac domino amplissimo, Domi-
no Sebastiano Archiepiscopo Moguntino, sacri
R. o. Imperij Electori, & Archicancellario per
Germaniam, Domino suo benignissimo,
Christophorus Cornerus salu-
tem plurimam.



TSI, AMPLISSI-
me Princeps, cum li-
bellū hunc de ratione
inueniendi mediū ter-
minum in syllogismo
categorico, ut artis dif-
ferendi doctores uulgo solent uocare,
auditoribus meis proposuissem, non
erant pauci, qui me pro suo iure roga-
rent, atq; monerent, ut eum in commu-
nem omnium utilitatē typis excuden-
dum curarem: non tamen hactenus me
sum passus ipsorum uel precibus, uel
admonitionib. uinci. Non enim igno-
ro, in quæ pericula & difficultates uo-
centur ij, qui hoc potissimum tempo-
re, ea sibi scripta explicanda & enar-
randa sumunt, quæ à plerisque hactenus
uel ob difficultatem, uel certe quædam
alia impedimenta, aut penitus omissa,

A 2 aut

P R A E F A T I O .

aut extremis uix, ut dicitur, digitis, at-
tacta, aut etiã minus feliciter sunt tradi-
ta. Vix enim arrogantia & singularis
affectationis notam subterfugere pos-
sunt : quòd uideantur sibi gloriolam
quandam uelle ex eo comparare, quod
multis quidem est in cognitum, sed est
tamen, si doceatur aliqua commoda ra-
tione, non penitus ingratum & inutile
futurum. Huc accedit illa magna cen-
sorum atq; iudicum diuersitas. Vix e-
nim ullos reperias, qui eadẽ de re ean-
dem sententiã sint laturi. Et ut de duo-
bus tantum generibus dicam, hominũ
quidem eruditorum, sed non similitum
ingenijs & moribus. Sunt enim non-
nulli hac humanitate & ingenij mode-
ratione præditi, ut omnium bonorum
qualescunq; conatus & studia probent
non solum, sed etiam defendant, & in
puerorum utilitatem omnia fieri recte
asserant : atq; ut quod maius est addã,
quæ desiderantur humaniter substitu-
ant : quæ uerò uitiosa sint, benigniter
emendent. Sunt uerò contrã quidam,
licet docti, ita tamen delicati, ut facile
leuissima quacq; re offendantur : ita du-
ri etiam

P R A E F A T I O

ri etiam censores, ut quiduis damnare
 minimè dubitent, ac nihil omnino pro
 bent, nisi quod ipsis solis, uel admodùm
 paucis probetur. Quæ res facit sanè, ut
 hæctenus hoc Opusculum meum nulli
 us iudicio subiicere uoluerim. Etsi no-
 ui optimè, doctos & moderatos homi-
 nes, quorumlibet laboribus & studijs
 fauere: tamen censui nos decere, ut qui
 ipsis eruditione, iudicio, & ætate su-
 mus multo inferiores, ipsos potius diu
 & multùm audiamus, quàm docendì mu-
 nus ipsi subeamus. Verùm cùm & disci-
 puli monendi atq; rogandi finem non
 facerēt, & commodùm se mihi offerret
 occasio de profectiōe mea in patriam,
 duxi mearum esse partiū, ut & amicis
 gererem morem, & occasione præsen-
 ti fruerer, ne uel nimium iniquus erga
 amicos esse uiderer, uel omnino ua-
 cuus & inanis domum redirem: consti-
 tui aliquando tandem ea quæ in Aristo-
 telis doctrinam de inueniēdo medio
 termino corraserā, & discipuli mei ex-
 ceperant obiter, in publicum edere, &
 cum multis huius utilissimæ artis stu-
 diosis communicare. Non feci autem

A 3 eò,

PRAEFATIO.

eò, quòd putarem me aliquid uel com-
mendatione eruditorum, uel posterita-
te dignum scripsisse: sed quòd credebã
(si opinione non fuerim falsus) me ado-
lescentum in hoc curriculo uersantium
conatus & studia non nihil iuuaturum
esse: & eruditioribus daturum ansam,
ea, quorum uix ego primas lineas du-
xissem, copiosius & ornatius explican-
di, atq; augendi. Sciunt equidẽ omnes
qui nostris artibus docendis operam
locant, in primis necessariam, & fructu-
osam, & à multis expetitam esse hanc
uiam atq; rationem, qua formaturi syl-
logismũ scirent, ad quoduis thema con-
firmandum subito & facile causam seu
medium inuenire, & ita artificiose atq;
cõmodẽ ad dubiam propositionem ad-
iungere, ut inde duæ statim *πρότερες* gi-
gnerentur, & ultro ipsum *συμπέρασμα*
uel etiam ab indoctis inferretur. Cuius
sanẽ rei peculiaris doctrina est ab Ari-
stotele ipso, sic ingeniose & eruditẽ tra-
dita, ut diligẽti interprete, et industrio
auditore atq; lectore indigeat. Eius au-
tem familiarem, & ut mihi quidem ui-
detur, facilem explicationem, & quasi
demon-

P R A E F A T I O .

demonstrationem suscepi, multis certè de causis: quas norunt ij, qui uidēt difficiliora hæc Aristotelis scripta uulgo negligi, & discipulos plerosq; tantum ea discere uelle, quæ sint facilia, & etiã oscitantibus obuia: quæ uerò laboris & industrię plusculū requirunt, uel omnino negligere, uel penitus tanquam res inutiles cōtemnere. Quæ res, quantū nostra ætate noceat scholis, & quàm paucos sinat ad perfectam nostrarum artiū cognitionem peruenire, docet ipsa prò dolor experientia, & tanta eruditorū hominū raritas. Optarim equidē, ut adolentes ad artificij syllogistici fontes degustandos, à plurimis riuulis passim scatentibus adducerent, ut illis cognitio intelligere inciperent, quantū referat aliquē artis suæ principia ipsa, & perfectam doctrinam habere cognitā, & quantarum rerum thesaurus sint uel sola Aristotelis scripta. Verū nolo hīc laudes Aristotelis pertexere, neq; plura de artis nostræ commodis atq; fructibus adferre. Hoc enim prolixè & copiose facio in præfatione, à qua hoc Opusculum meum exorsus sum, Cum

A 4 uerò

P R A E F A T I O .

uerò mecū ipse cogitarem, cuius' nam
tutelæ atq; patrociniò, de more, hunc
libellum commendarem atq; commit-
terem, rectè mihi uenit in mentem Cel-
situdinis tuæ, quæ mihi multis de cau-
sis digna est uisa, à qua bonæ Musæ uni-
cum patrociniū peterent. Principiò
enim conuenit, & est æquum, ut nos
qui in enarrandis authorum scriptis
uersamur, hos nobis deligamus defen-
sores atq; Mecœnates, quos & horum
studiorum magnitudinem intelligere,
& bonis artibus fauere, & earū docto-
res summa beneuolentia & amore cõ-
plecti intelligamus. Deinde uerò eos,
qui autoritate & potentia Musas has-
tueri et promouere, suaq; singulari mu-
nificentia atq; liberalitate fouere sole-
ant, atq; possint. Tales etsi nostra ætate
sunt admodum pauci, tamen singulari
& uerè diuino consilio æternus Deus
semper hæcenus excitauit, & reliquos
fecit nobis Heroas quosdam præstan-
tes, & heroicis animis præditos uiros,
qui in id toti incumbunt, ut disciplina-
rum atq; literarum humanitatis tradi-
tio in Academias celeberrimas reuo-
cetur,

P R A E F A T I O.

cetur, ibique professores earum docti liberaliter colantur, & habeantur perhumaniter. Ipsi enim pro sua prudentia & eruditione intelligunt, & re ipsa comperiuntur, nihil in uita hac communi magis esse necessarium, artium bonarum traditione & conseruatione. Nam sine ipsis nec controuersiae de religione, quarum hodie sunt plurimae, dijudicari prudenter, nec forenses disceptationes componi uel cognosci, nec corpora nostra una cum tota repub. salua conseruari, nec tota denique uita regi & moribus conformari possunt. Non est ergo in Principe uiro maior uirtus, nec excellentius ornamentum, quam ipsum & uerae religionis amore teneri, & liberalia studia unice amare, & ad eorum defensionem atque profectum omnes suos conatus, facultates, & potentiam conferre. Horum in numero tuam Celsitudinem esse, omnium eruditorum & bonorum communis sententia asserit. Tu enim, amplissime Praesul, omnes aetatis tuae partes in magno tum sacrarum, tum prophanarum literarum studio honestissime, & sum-

A 5 mo

P R A E F A T I O.

mo cum fructu nostræ patriæ transmissisti. Indeque non solum magnam eruditionem & prudentiam es consecutus, sed etiam erga nostras artes singularē tibi amorem perperisti. Cuius rei multas Italicas & Germanicas Academias, præcipuē autem Moguntiacam, cui instaurandæ nunc studes, testes habes. Hoc est autem maius & clarius eruditionis, pietatis, et reliquarum uirtutum tuarum testimonium, quod annis ab hinc paucis tota Moguntinensis ecclesia tuæ prudentiæ gubernanda sit commissa: sisque diuino certè cōsilio, in eum dignitatis locum euectus, ut in septem illis uiris & heroibus toti ecclesiæ Christi, toti que politię Romanæ magno consilio & prudentia regendæ præsis: nec, ut quidam alij, ad hoc officij & dignitatis genus sis natus, sed summa omnium bonorum uoluntate creatus & confirmatus. Nunc itaque quanta fide, diligentia, & prudentia, T. Cels. suas obeat partes, nō est huius loci dicere. satis enim esse puto, omnes bonos sibi persuasum habere, et re ipsa comperiri, T. Cels. hoc dignitatis sanctissimo titulo dignissimam

P R A E F A T I O .

mam esse : eam prudentia & eloquen-
tia, qua insigniter est exculta, pacem &
concordiam suadere, bonis literis iam
quasi exulantibus suppetias ferre, eccle-
siae corrigendae atq; pacandae studere :
& dare operam, ut bona conscientia ad
dei Opt. Max. gloriam, & ad utilitatem
subditorum, ad haec imperij sui guber-
nacula sedeat. Quae omnia, cum & ego
in Celsitudine tua intelligam esse, non
me puto leuibus adductum causis, ut
ei hoc Opusculum meum commenda-
rem, quod nunc sane commendo atq;
dedico. Persuadeo enim mihi penitus,
clarissimi tui nominis commemoratio-
nem, plurimum ponderis et gratiae meo
libello esse allaturam. Etsi fateri cogar,
& id non inuitus faciam, uiliorem esse
hunc laborẽ, quam ut T. Cels. iam gra-
uissimis Imperij negotijs impeditissi-
mae, commendari debeat. Tamen cum
me, meosq; T. Cels. notos facere uel-
lem, cẽsui hac uia id facillimẽ & rectis-
simẽ fieri posse, ut hoc quasi signo Cels.
T. nostram in se obseruantiam & debi-
ta obsequia agnosceret. Quem enim
mihi quaeso alium patronum quaeram,
quam

PRAEFATIO.

quàm illum, cui omnes meę meorumq̃
parentum fortunę & res sint commen-
datissimæ: Cui potius mea, licet par-
ua, deferam obsequia, quàm illi, qui hac
est facilitate, ut neminem bonum, & bo-
narum artium studiosum, contemnat:
hac prudentia & autoritate, ut possit et
uelit optima studia, & res patrię atque
ecclesię saluberrimas protegere, atque
tueri: Nec ita sit superbus, ut non pau-
peris amici quantumuis leue munus,
bono animo oblatum, probet atq̃ acci-
piat: Commendo itaq̃ meum hunc
libellũ tuę Reuerendę gratiæ: & ab ea
peto atq̃ obsecro, ut illum boni faciat
benigniter, meq̃ humanitate & beni-
gnitate sua complectatur. Ego uicissim
dabo pro uirili operam, ut sedulò ea fa-
ciam, quę ad boni subditi officia spe-
ctant, tuęq̃ Cels. scholę iuuandę, or-
nandę: & amplificandę, per occasio-
nem semper studebo. Franco-
phordij, ad Viadrum.

PRÆFATIO AD AV.

ditores, de usu huius
doctrinæ.



Non est mihi dubium, quin sint multi in primis artibus præclare uersati adolescentes, qui admirentur, quidam in hoc libello noui pollicear, quidæ sibi hæc noua & insolita uelut inscriptio. Cum non pauci extent libri, qui de tota differendi ratione ita eruditè & perfectè sint scripti, ut non facile quicquam uideatur tradi, aut inueniri posse, quod ad præceptiones, quas continent, addi deberet. Ac mihi etiam facile persuadeo, si hoc Ναὐργαμυα (in quo facillimam quandam, & multis incognitam rationem inueniendi Medij syllogistici, pingi atq; ostendi posse profiteor, cuiq; uel soli demonstrando omnia quæ in hoc libello pulchro & perspicuo ordine docentur, seruiunt) inspexerint, uerituros magis, ne ego subtili quodam & difficili commento, totam artis docendi facilitatem obscuraturus sim: & ut hunc scribendi laborem non subierim potius, ut ad publicam Scholarum utilitatem aliquid pro uirili conferrem, quàm, ut qualicūq; gloria comparandæ studerem. His autem, qui de me ita suspicari possent, ut me totum indicem atque purgem, prius pauca quædam de meo consilio, Opusculi huius utilitate, & inscriptionis ratione dicam, quàm ad huius doctrinæ traditionem accedam. Reliquos enim, quibus hæc Aristotelis methodus est notior, spero mihi non solum æquos censores fore, sed etiam meum, etsi tenuem, conatum & ope-
RAM

ram probaturos esse. Principiò autem uelim credant omnes literarum humanitatis studiosi, me tanto amore bonas artes prosequi, ut putem in hac societate hominũ uix quicquã prius bonis & literatis uiris esse faciendũ, quã ut illis explicãdis atq; illustrandis studeãt, & eò conatus suos omnes tendãt, ut politiores literæ conseruẽtur, & disciplina ordine & perspicuè doceãtur. me quoq; ita præclaris ingenijs fauere, ut non solũ magnopere delecter ipsorũ cõuersatione, quos olim reipub. Christianæ usui fore intelligã: sed etiam dem operã, ut si quid à mea tenuitate in ipsos proficisci possit, id illis libenter et sedulò impertiã. Intelligo enim, si quid intelligo, ecclesiam Christi, si unquam antehac, certè uel in primis hoc tempore, & bonorum uirorum auxilio, & bonarum artium subsidio plurimum egere. Intelligo quoq; artium dicendi, & cæterarum disciplinarum conseruatione nihil in uita esse magis necessarium. Nam & ad sacras literas dextrè enarrandas, multum conferunt, & ad communem uitam infinita commoda adferunt. Cum uerò eos, quos domi mercede doceo, ad artes dicendi non solum inuitem meo exemplo, sed etiam incitem atq; erudiam: & in illis diu censeam detinendos atq; exercendos, soleo interdum ipsis familiaria præcepta Dialectices Philippi & Vuillichij, præceptorum nostrorum, explicare, et quasi inculcare: iubeoq; eos unius certi doctoris præceptiones, primum mediocri studio cognoscere: mox uerò, cum grata breuitate & uerborum perspicuitate habeãtur, ad uerbum ediscere.

P R A E F A T I O.

13

scere: deinde exemplis uulgo notis, & ex facilioribus artibus desumptis illustrare & exercere. Hæc enim censent omnes eruditi esse expeditissimam docendarum & discendarum artium uiam. Quis enim erudiendæ iuuentutis magister ignorat, aut non re ipsa comperitur, adolescentes etiam industrios & diligentes, & mediocribus naturæ donis instructos, non posse magnum in literis facere fructum, si contempta præceptoris admonitione, non uelint certis libris aliquandiu affixi esse, sed statuunt temere pro libidine sua, cæco quodam errore cursitare per omnes dialecticos libellos, nec unum ex illis rectè cognoscere? Hinc enim fit, ut cum in scholis diu sint uersati, nec umbram quidem ullius artis referant. Interrogati quoque à magistris, qui subinde in ipsorum profectum quæstionem instituerent, ne facillimas quidem definitiones recitare ex tempore possunt, nedum ad eas exempla confingere. Qui autem mediocre ingenium & studium ad artes has, quæ facili ratione sunt traditæ, afferunt, in breui in curriculo suo cum laude aliquid efficiunt: & primis his disciplinarum adminiculis bene perceptis, felices progressus ad maiores atque difficiliores doctrinas possunt facere. Magnam enim, et admirabilem uim habet, ut in alijs, ita certe in his nostris artibus, dextra & facilis earum traditio, atque perceptio. Nihil est autem discipulis æquè perniciosum, atque ordinis & progressuum neglectio, & incogitata illa & temeraria discendarum artium confusio & perturbatio. In quam qui se abripi patitur, ut ple-

riq

riq; omnes faciunt, is nō potest sibi polliceri magnā
 eruditionem. Nisi uerò magis stulta sua discendi
 uia delectetur, quàm præceptorum fidelissimis præ
 ceptis et admonitionibus. Ego me hercules laudo &
 approbo consilium præceptorum nostrorum, quod
 non dubitarint primarum artium initia, summa faci
 litate et breuitate hac uia discipulis proponere, qua
 & ipsos discere oporteat, & ab ipsis de more requi
 ri soleant. Non enim dici potest, quantam adferat
 discantibus uoluptatem, breuis illa & ordine institu
 ta artis alicuius expositio. Sæpe pueri, licet ingeni
 osi, à discendo deterrentur, nimis odiosa prolixitate,
 quæ sæpe obscuritate carere non solet. Quæ
 rat autem quis, cur nostris discipulis authores &
 admonitores simus, ut hoc quo dixi modo Dialecti
 cen in primis addiscant, ut nimirum nudas eius ar
 tis regulas cognoscant, & ediscant subito, & ad eas
 adhibeant exempla de rebus utilibus, & ad commu
 nem uitam necessarijs sumpta & excogitata? Cur
 etiam hæc docendi ratio probetur harum artium do
 ctoribus. Nouerunt omnes benè, quanta sint
 artis differendi utilitates, quamq; ea sit uel ad bene
 docendū, uel feliciter discendum, omni ætati neces
 saria. Licet autem uulgares præceptiūcula, quas
 pueris proponimus, singularia commoda habeant,
 tamen in ijs non consistit tota eius artis perfectio.
 Nec is sibi Dialectici nomen uendicare potest,
 qui eas, licet feliciter & probè, addidit: sufficere
 tamen possunt his, quibus præ alijs studijs non est
 integrum, omnes huius artis fontes inquirere, uel
 per

perfectionem. Ego certe magnopere extollo atq; comendo Philippi Dialecticen. Video enim prope omnia ipsam esse complexam, quae de hac arte pueris tradi et praecipere solent: & quae mirifice iuuant eos, qui uel ad Philosophiae studiū, uel ad sacras literas, uel ciuiliores alias doctrinas sunt accessuri. Sed tamen cum omnium eruditorum iudicio constet, Aristotelem & docuisse & absoluisse artem hanc, etiam in his libris qui graecè scripti passim extant: non dubitat et ipse Melanthon, illis qui perfecte cupiant hanc artem cognoscere, & ueros fontes eius intueri, et quasi ex haurire, esse author, ut postquam haec elementa perdidicerint, legant quoque Aristotelem ipsum, & consulant eius scripta de hac tota & absoluta ratione differendi. Haec igitur Dialectices prima initia & elementa iubentur adolescentes discere, ut ad Aristotelem instructi illis accedant, & facilius, minoriq; cum negotio ipsius organum, ipsi uel suo Marte legant, & intelligant. frater enim cogimur, omnia Aristotelea & uideri solere, & esse difficilia illis, qui non mediocre ingenium, studium, diligentiam & eruditionem ad ea adferunt. Hinc opinor patere horum consilium, qui tantum facillimas, sed tamen non inutiles praecipiones coniungunt, & succinctissima ratione ordinatas proponunt & explicant his, quos bona fide erudire uelint: quae uero maiorem requirunt industriam et eruditionem, quam est in pueris, neq; attingunt, neq; enunciant, sed tanquam mysteria quaedam in solis Aristotelicis libris recondita repositaq; seruant. Boni enim artifices

non minorem habent discentium rationem, quam sit
 artificij. Etsi ipsis totam artem non inuideant, ta-
 men cum tyronum imbecillitas, quæ grauiora sunt
 ferre non possit, malunt ipsis primas particulas iu-
 sto ordine proponere, quam immenso præceptorum
 cumulo obruere. Hac de causa, multa solis adu-
 rioribus & conueniunt, & relictæ sunt, quæ non
 cum riuulis his, quos pueri degustant, profluunt,
 sed in uiuo fonte necessariò conseruantur. Etsi
 non sunt pauci, qui credant ignoratione & desidia
 falsi, nihil posse ostendi in Aristotele, quod non in
 uulgaribus libellis abunde satis explicatū sit. His
 ego nō inscitiam obijcio, sed iubeo tātum uel à primo
 limine salutare Organū Aristotelicū: quod ubi fe-
 cerint, dabūt mihi certè manus, & se uictos fatebur-
 tur. Vt enim de me ipso dicā, cū adolescens primū,
 nihil admonitus à præceptoribus, incidissem in hoc
 caput, quod est περὶ εὐπορίας πρῶτασων, et διὰ γὰρ
 uæ depictum ignarus ipsius intueri, cogitavi ita me
 cū, Quò nūc quaeso, in quos labyrinthos et monstro-
 sas figuras uocor? putabam equidem me totā artem
 probè cognouisse, & constituerā ad grauiora stu-
 dia progressus facere: nunc uerò cum huc uerto oca-
 los, et in hæc scripta inspicio, intelligo quàm procub-
 adhuc absim ab artis huius perfectione. V ideo equi-
 dem me hætenus tantum lac suxisse: nunc uerò cum
 sim adultior factus, obijcitur mihi multo solidior ci-
 bus, unde fortius alimentum animo etiam meo sit ac-
 cessurum. Non ego aut, cum huc progressus sim,
 studium remittā, nec abijciam id quod mirabili diffi-
 cultati

cultati quasi inuolutum esse uidetur: hac spe fretus,
 quod me intelligam ad haec iam instructum duci &
 ferri. Quamuis autem mirum nostris auditoria
 bus uideri soleat, quod de his rebus non fiat mentio
 in usitatis libellis, tamen ipsorum puto me omnibus
 aperuisse consilium. Relinquendum erat aliquid e-
 tiam his, qui ista felicitate in studijs suis uersantur,
 ut possint ea cum fructu cognoscere: & qui solidio-
 rem eruditionem affectant, proq; ea consequenda la-
 borant & desudant diligenter & sedulo. Multis
 autem contra tantum curriculum non conceditur:
 ij primis elementis instructi, ad alia studia se confe-
 runt, nec in hac subtili commentatione tempus omne
 suum transmittere uolunt: neq; saepe fortuna, neq;
 ingenium, neq; conditio, ferunt atque permittunt.
 Quod autem ab alijs non est explicatum & tradi-
 tum, id nobis qui his studijs sumus addicti, diuulgan-
 dum relinquitur. Ego quoq; constitui, eam partem
 primi libri ἀναλυτικῶν προτάσεων quae est de inueni-
 endi medij ratione, qua possim diligentia & fide uo-
 bis charissimi auditores tradere, et explicare. Nō
 enim memini, ab ullo hoc tempore eam demonstra-
 tam esse: possumq; omnium eruditorum suffragio
 obtinere, & re ipsa docere, hanc doctrinam de me-
 dio, ita necessariam esse, ut citra ipsius adminiculū
 nemo de Syllogismorum natura recte iudicare,
 nedum perfectam ipsorum cognitionem sibi polli-
 ceri possit. Spero etiam me discipulorum consen-
 sum adepturum, ubi doctrinae huius utilitates &
 commoda perspexerint. Nec dubito, quin me sint li-

B 2 beraturā

beraturi hac suspicione, quam me uereri supra dixi, & in quam incurrunt isti qui nouis figmentis priorū artium lumē obscurare, aut totas extinguere uelle dicuntur. Non ego profiteor me hanc artē perfectē docere, & eruditorum omnium iudicio satisfacere posse. Agnosco enim, & quidem libenter, imbecillitatem meam. Fateor etiam, multos alios, quibus maius iudicium & eruditio rectē tribuitur, in hac traditione multo feliciter & maiori cum fructu discipulorum posse uersari. Tamē cum constet, hanc Dialecticam partem ad adolescentum studia non parum collaturam esse: uisum est eruditioribus obijcere materiam rudem, & temerē congestam, in qua expolienda & illustranda uerē id facerent, quod ad praceptorum munus et officium spectaret. Plerique enim discipuli hac negligentia & fastidio in studijs uersantur, ut quae uideantur aliquid difficultatis habere, nisi praeeunte demonstratore, ea non attingant. Amant enim ea tantum, quae citra laborem se percepturos sperant. At quibus tale est ingenium, hos ego non ausim dicere magnam grauiorum rerum, quae uel sola laudem merētur, cognitionem consecuturos esse. Nec est alia causa cur haec tenus haec doctrina sit omissa, quam quod sine praeeptore difficulter possit intelligi: & quod, qui priori aetate dialecticam Aristotelis enarrarunt, ut caetera omnia, ita neque hanc partem non modò non illustrarint, sed etiam exemplorum obscuritate & praecipendi difficultate totam e manibus discipulorum excusserint.

Sed

Sed de consilio meo haecenus. Reliquū est, ut de Opusculi huius utilitate prius, ut supra proposui, pauca adferā, quā meae inscriptionis rationes exponā. Etsi ex his quae modò dicturus sum, diligēs auditor facile intelliget inscriptionē. Non autē necesse habeo hic dicere, unde & cur hos libros ἀναλυτικῶν nomine inscripserit autor, & quid praecipue in toto hoc uolūne ἀναλυτικῶν, ordinis tamē uocabulo distincto, doceat & tractet. Non enim totius operis enarrationē suscepi, sed illius tantū partis, de qua intelligenda nō opus erit proluxa inscriptionis generalis explicatione. Quod autem in prioribus Analyticis tradat rationem cōmunem construendi syllogismos omnis generis, & in posterioribus de Demonstratione subtiliter et eruditē disserat, nemo est ferē omniū qui ignoret. Licet autem sub initium totius uoluminis proponat, se de demonstratione consideraturum: tamen ordinem naturae sequens, prius communem formam omnis generis syllogismorum docet, quā de materia diuersitate agat. Quis enim nescit, Syllogisticam formā tam materiae demonstratiuae quā dialecticae conuenire? Notum est etiam omnibus, ἀναλυτικὴν dialecticam (uariē enim τὸ ἀναλυτικὴν accipitur) esse nihil aliud, quā factae cōclusionis ad aliquā figurarū deductionē. Quomodo igitur ad cetera, quae magis propria sunt praesentis opusculi, progrediar maturius, ista explicatione contentus ero. Aristoteles primum προτέγων in tria τμήματα est partitus: τμήματα autem quis uel secta, uel partes, uel

viam capita non incommode appellauerit. Huius uerò partitionis hanc esse rationem, nemo opinor dubitauerit. Tria sunt quæ ad syllogisticam formationem necessario requiri docet Aristoteles, qui circa illa tantum declaranda & demonstranda in priorib. Analyticis uersatur. Sunt autem, γένεσις συλλογισμῶν, προτάσεων ἐν πορίᾳ, et ἀνάλυσις γένεσις (quam, si uidetur, compositionem nominato) continet & docet, ex quibus principijs, & quomodo syllogismos confici oporteat. ἐν πορίᾳ προτάσεων tradit uiam, qua possimus nobis comparare copiam earum rerum, ex quibus fiunt: in primis autem termini illius, qui medius dici solet. At ἀνάλυσις contraria est γένεσι, uel συνθέσει. cōtinet enim rationē, quomodo id quod formatum & conclusum est, dissoluatur, & ad suos fontes atq; initia deducatur. Cū autem Aristoteles in primo doctrinae huius capite docuisset γένεσιν syllogismorum, hoc est, ut ipse sub finem eius repetit, cum nudam & simplicem rationem conficiendi syllogismos docuisset, & quasi certis notis, numerum, situm & connexionē terminorum, propositionum & figurarum designasset: uideretq; adolescentes sæpe earum rerum, ex quibus syllogismi construi solent, copia destitui, eosq; plurimum de inueniendo medio laborare (reliquos enim duos terminos secum adfert thema quod in disceptationem uenit: solum autem medium, cum sit extraneum quid, & causam cur partes conclusionis cohaereant, contineat, non est omnibus obuium: quod etsi in re ipsa inest, tamen sæpe non nisi ab ingeniosis

sis

his & arte hac excultis excogitari potest, censuit
 primæ parti adiiciendam esse ἀπολαύσιον ἐπιτομίαν,
 hoc est, facilem & expeditam uiam aperiendam, quā
 ingressi, non magno labore ad quamlibet figuram
 cōueniens & aptum medium perspicere, idq; ad præ
 sens problema ita accommodare & applicare pos
 sent, ut duæ ἀπολαύσεις facile gignerentur, indeq; ne
 cessariò idem quod prius problema erat, mox οὐρα
 νέπρῳμα efficeretur, inferreturq;. Quod sanè quan
 ta felicitate & arte præstiterit, cognoscent & in
 telligent ij, qui uel primis labris (ut aiunt) hanc
 doctrinam modò degustauerint. Ego mehercu
 les censeo eam summè extollendam & prædicandā
 esse, ut cætera omnia, quæ ad posteritatem magna
 arte & subtilitate scripta, mittere uolui. Nos qui
 erudiendis pueris locamus operam, & hac artium
 elemēta ipsis proponimus, re ipsa comperimus, eos,
 si à præceptore aliquod problema obijciatur, in in
 uenienda ratione seu medio hære. Vulgo dici
 quoq; solet, difficillimam esse probationem. Multa
 enim proponi & dici possunt, quæ nisi firmis ratio
 nibus fuerint confirmata, nec fidem habebunt, nec
 quidem poterunt consistere. Necesse est enim cau
 sa cadere, qui non ad eam affert media quibus ei fa
 ciat fidem. Est enim medium, ipsa ratio & causa,
 cur prædicatum de subiecto dicatur, in conclusio
 nem, & cum eo probabiliter cohæreere uideatur.
 Et est fundamentum totius ratiocinationis. quod si
 non fideliter fuerit iactum, necesse erit totam syllo
 gismi structuram corruere. Cicero argumentum

B 4 uocat,

uocat, quòd sit probabile inuentum ad faciendam fidem dubiæ propositioni. Nec est ulla res quæ per se ipsa probari possit. Quicquid confirmandum est, Quintiliano etiam teste, ex aliquo alio, quod tamen aliqua ratione illi est cognatum & coniunctum, fidem assequitur: quod alij uel argumentum, uel causam uocent: Dialectici, etiam latinissimi, non sanè dubitant artis suæ uocabulo medium terminum, seu Græcè τὸ μέσον nominare. Est enim quasi uinculum totius connexionis: pulchrè sibi extrema, quæ Aristoteli ἀνὰ sunt, applicat, uel potius ad ea applicatur, ut inde fiant propositiones, quæ postea à rhetorib. etiam Græcis solius mediij causæ ἀίτια uocantur: & sunt ipsa syllogismi materia, ex tribus, ut constat, terminis rectè inter se connexis & coniunctis nata. Solet autè uulgo usitatis Geometricarum canonibus demonstrari, quomodo syllogismus sit bona consequètia, his nimirum: Quæ uni tertio sunt æqualia, inter se sunt æqualia: & Quorum alterum tertio est inæquale, ipsa duo sunt inter se inæqualia. Hos canones eruditè sic ad syllogisticum negotium accommodant. Non secus aiunt usuuenire in syllogismo, quàm in his rebus quarum longitudo ex aliquo tertio simili æstimatur. Fertur in medium aliquod problema, cuius partes sunt subiectum & prædicatum: hæc inter se uel adfirmando, uel negando coniunguntur, nō propter se ipsas, sed propter aliud uinculū tertium, extrinsecus quidem allatum, sed tamè natura ita cognatum illis, ut nūc cū utraq; parte affirmatiuè, nūc cū alterutra negatiuè

tuic

tiue cohaereat & consentiat. Ac si utriq; consentaneum fuerit, & adfirmando adhaerit, cohaerebunt ipsae partes inter se quoq; necessario, & quidem affirmative. Si autem alterutri parti (nam utriq; non potest) negando adimetur, disiungentur quoq; ipsae in conclusione negando. Quam rem ut à uobis melius perspiciatur, uno atq; altero exemplo planiorem reddam. Sit problema uulgatissimum,
Magistratui est obediendum.

Huius duo sunt, ut patet ex libellis dialecticis, termini, subiectum & praedicatum: hoc de illo dicitur per asseuerationem. sed quaeri potest, utrum rectè et uerè ei tribuatur. Hoc ut appareat, adferendus est tertius terminus, uinculum & causa eius praedicationis. Hoc autem tertium ita sit coniunctum cum utraq; problematis parte, ut subiectum sequatur, & antecedens sit praedicati, quod ex ipsa connectione patebit. Sit autem medium, ordinatio diuina. Tu itaq; formaturus syllogismum, cõiunge hoc medium cum problematis praedicato, & habebis maiorem, uel primam propositionem:

Ordinationi diuinæ est obediendum.

Mox idem medium ad subiectum problematis ita adhibe, ut de eo dicatur, & nascetur altera propositio, cuius subiectum uerè continebitur sub maioris subiecto: ut,

Magistratus est ordinatio diuina.

Vides hic duas propositiones esse natas ex iusta mediij termini ad conclusionis partes applicatione. Cum itaq; haec partes in uno tertio aequali consen-

B s tanee

etaneæ sint, quid uetat ipsas inter se quoque necessario
coniungi, & ex præmissis ritè collocatis & ordina-
tis conclusionem sequi, quæ est: Igitur,
Magistratui est obediendum.

Si autem problema negatiuum proponatur, al-
ter Canon habebit in eo locum. Tunc enim cum al-
tera conclusionis parte consentiet, alteri autem rea-
pugnabit. unde necesse erit cõclusionem negatiuam
constitui. Sit problema,

Nemo ignorans Euangelij doctrinam, excusari
potest.

Ratio seu medium sit, Quia ignorantia iuris
peccant. Fiat maior ita, Nemo excusatur qui
ignorantia iuris uniuersalis peccat:

Multi homines ignorantes euangelij doctrinam,
ignorantia iuris peccant: Igitur,
Multi homines euangelij doctrinam ignorantes,
excusari non poterunt.

Vides hic, cum medium repugnet prædicato con-
clusionis in maiore, & sequatur subiectum in mino-
re, effici duas præmissas, indeque conclusionem nega-
tiuam confectam esse.

Possem hic multis exemplis totum Aristotelicæ
methodi usum uobis quasi ob oculos ponere. Sed
quia ad præcepta ipsa properamus, nolo proli-
xiori exemplorum commemoratione uobis pare-
re tedium. hæc enim duo idcirco proposui, ut uo-
bis gustum aliquem huius doctrinæ præberem.
Nec dubito, quin intelligatis ex his quæ hæcenus
dixi, non leuia commoda esse, quæ in hoc libello
uobis

vobis pollicear . bonam enim partem , ut non dicam
 præcipuam , negotij syllogistici continet , cum e-
 tiam præcepta ea ad omnium syllogismorum con-
 stitutionem faciant , & necessaria sint . Nec est
 locus in quo diligentius prædicabilia tradidisset ,
 quàm iste : ubi eruditè explicat , quæ uoces de qui-
 bus dici uel possint , uel non possint . Attingit e-
 tiam & commonstrat præcipuos locos inuentio-
 nis , ex quibus argumenta quæ sint optima de-
 promi debeant . Quis enim negat , medium termi-
 num esse in aliquo loco inuentionis ? Sed non est
 consilium Aristotelis , ut tantum argumento-
 rum sedes ostendat , quanquam id agit eruditè &
 diligenter : sed etiam doceat , qualia debeant esse
 argumenta , quæ sint mediij termini in syllogismo ,
 quomodo debeant se habere ad conclusionis partes ,
 quomodo connecti & applicari , ut inde propositio-
 nes gignantur .

Hinc opinor inscriptionis meæ rationes no-
 tas esse . Videri enim possum recessisse ab Ari-
 stotelis inscriptione , at reuera mea non est a-
 lia quàm Aristotelis inscriptio : sed est , ut mihi
 quidem uidetur , apertior , & adolescentibus magis
 nota atque grati . Habet enim Aristoteles , περί
 εὐπορίας προτάσεων , hoc est , de copia & abundan-
 tia propositionum : ego uerò , De inueniendo medio
 termino . quem inuenire quid est aliud , quàm copi-
 am propositionum quærere ? Ipse enim inuentus , si
 ad problematis partes , ut decet , adhibeatur , propo-
 sitiones

sitiones ultro gignet, ut paulo antè exemplis pate-
feci. Et Aristotelis præcepta eò potissimum faci-
unt, ut quale mediū ad quam figuram & modū maxi-
mè sit aptum & conueniens doceatur: in quo solo
inueniendo certè multum sæpe et ualde laborant stu-
diosi. Verùm dicendi finem faciam. Plura enim
præfatus sum, quàm uel uos expectabatis, aut ego
constitueram. Puto tamen his qui me audituri sunt
diligenter, hunc sermonem non ingratum esse.

Sub finem quoq; hoc tantum moneo: Primùm,
Aristotelis uerba latina feci, nec multum recessi ab
ea translatione quam diu iam omnes ferè scholæ ha-
buerunt. Etsi malim adhiberi & explicari græcum
textum, multis sanè de causis: tamen quod modò fie-
ri potuit, boni quæso faciant, & latinè loquentem
Aristotelem prius audiant. ubi uerò hanc doctrinā
mediocri studio cognouerint, poterunt ipsi suo
Marte græcum intelligere, & Aristotelicū διὰ
ἡμετέρας citra difficultatē explicare. Velim quoq;
ut typographi latina cum græcis coniungerent, &
utrunq; διὰ ἡμετέρας diligentissimè excusum adole-
scentibus proponerent. Adhibeo deinde meam ex-
plicationem, qua puto me aliquam lucem allaturum
esse Aristoteli. ac si quædam minus cōmodè & per-
spicue dixerim, peto à doctis omnibus, ut ea humani-
ter emendent: & id opus, cuius ego primas tantum
lineas duxi, in usum discipulorum per-
ficiant, atq; absoluant.

PRIOR

PRIOR PARS SE-

CVNDI SECTI EX PRIMO

*ἐναλυτικῶν προτέρων, de syllogismo**Categorico.*

VERBA ARISTOTELIS.



Vnc est dicendum, quomo-
do syllogismorum abun-
dantiam & copiam nobis
suppeditare, & qua uia atq;
ratione terminos & propositiones in-
uenire, & accommodare ad quamlibet
rem propositam possimus. Non enim
satis est, nos nudam tantum syllogismo-
rum structuram in animo comprehen-
sam & consideratam habere: sed com-
paranda est quoq; ea facultas, qua cum
opus fuerit, possimus & syllogismo-
rum materiam inuenire, & bene con-
texere.

EXPOSITIO.

Illustris & præclara uirtus est, in oratione ad
docendum suscepta, perspicuitas. Facit enim ea,
ut res quæ traditur, non solum perspicuè & expe-
ditè à doctore proponatur, sed etiam faciliè & subi-
tò ab auditore non omnino hebeti & tardo percipia-
tur. Hanc autem mihi uidentur efficere ordo re-
rum, & uerborum proprietates. Quibus ita studuit
Aristo.

20 RATIO IN VENIENDI

*Aristoteles in omni sua artium docendarum metho-
 do, docendi rationis præceptor, ut huius rei ma-
 gistros longè dicatur superare. Et ut in plerisque re-
 bus pro ipsarum natura & conditione perspicuita-
 tem amat, ita in his prioribus Analyticis planissi-
 mè totam syllogismorum rationem tradidit: ut est
 uidere in hac altera huius negotij parte, quam hæc
 præfatiuncula auspiciatus est. Eruditè autem pri-
 mam doctrinæ suæ partem connectit cum hoc altero
 capite, utens commoda et pulchra transitione, ut
 in cæteris omnibus. His enim uerbis primum caput
 cõclusit: Ex his igitur quæ dicta sunt patet, qua ra-
 tione omnis generis syllogismi cõficiantur, quot ter-
 minis & propositionibus constant, quomodo ipsæ in-
 ter se connecti possint, & quale problema in singu-
 lis, quale in pluribus, quale in paucioribus figuris o-
 stendatur. Cum his uerbis quomodo præsentis par-
 tis initium cohæreat, hinc perspicere licet. Sic enim
 ait: Nunc uerò dicendum est, & cætera. Repe-
 titis itaq; his quæ primo loco tradita sunt, proponit
 hic apertè se ostensurum deinde uiam, qua multâ &
 copiosam materiam propositionum inuenire atq; gi-
 gnere possimus. Intelligit aut potissimū terminum
 medium, quo inuento & rectè accommodato ad pro-
 blematis alicuius partes, quomodo propositiones ef-
 ficiantur, in præfatione mea ipse quasi per transen-
 nam studiosorū oculis obieci, & author ipse per hoc
 opusculum prolixè docebit. Velim autē, ut Aristoteli
 studiosi potius græcè loquentē eum audirent,
 quàm latine, aut certè latina uerba cum græcis di-
 ligenter*

MEDII TERMINI. 39

ligenter conferrent Sæpe enim Græca singularē vim habent, & facilius quàm latina intelliguntur, & suo loco magis propriè posita sunt & usurpata. Ut hoc loco ait Græcè, πῶς εὐπορήσομεν συλλογισμῶν: quod est, ut alij uertunt, quomodo abundabimus syllogismis, uel abunde habebimus, id enim εὐπορεῖν sibi uult. Inde est εὐπορία προτάσεων, hoc est abundantia uel copia propositionum, inuenta ad quodlibet τιθέμενον, hoc est, ad rem propositam, ratiocinatione certa confirmandam atq; probandam.

Addit deinde Aristoteles, καὶ διὰ ποίας ὁδῶν λαμβάνεθαι τὰς περὶ ἑνασθῶν ἀρχὰς. Traditurus enim est uiam & rationem, qua possimus, confirmaturi uel refutaturi thema aliquod, λαμβάνειν ἀρχὰς: id est, sumere, ponere, inuenire propositiones, quæ præmittuntur ut certæ, firmæ & cōcessæ. has principia uocat: sunt enim materialia principia, & quo sunt firmiora, hoc magis hæc ipsis conuenit appellatio.

Propositioni suæ adnectit αἰτιολογίαν, qua illam & illustrat, & probat. Continet autem ea duo, quæ oportet dialecticum adferre ad negotij huius perfectionem. Primum oportet eum θεωρεῖν τὸν γένεσιν syllogismorum. Deinde, habere (ut ipse loquitur) διόχμιν τῶν ποιῶν. Quia primum simplicem formam, seu constructionem syllogismorū contemplantur & inquirunt: postea facultatem sibi comparant, ut rebus inuentis & propositis, semper, & quando uelit, facere syllogismos possit. Verùm hæc de præfatiuncula sufficient.

CAPITA DOCTRINAE HVIVS.

1. Tradit

- 1 Traditur ordo uocum communium, quæ inter se connectuntur. & de se inuicem prædicantur, seu ordo prædicandi ostenditur.
- 2 Regulas quasdam ponit, qualia media sint inuenienda, & quomodo multa possint facile haberi.
- 3 Sequuntur canones generales de fabricatione syllogismorum, secundum situm & respectum mediæ termini, in singulis figuris.
- 4 Præscribitur διαγραμμά, seu typus, continens faciem & usum totius rei syllogisticæ.
- 5 Explicatio & illustratio diagrammatis, continens regulas, quæ, qualis in omni modo syllogismus formari debeat, docent: singulæ autem regulæ multis & uarijs exemplis demonstrantur, & illustrantur.

CAPVT I.

De ordine, situ & natura indiuiduorum, specierum & generum.

PRudenti consilio sub huius doctrinæ initium docet ordinem & situm uocum, quæ inter se in propositionibus componuntur. Est enim hæc ratio ualde necessaria, & patefacit nobis ad sequentia aditum. Notum est enim, argumentationem ex propositionum recta compositione fieri, propositiones autem ex uocibus simplicibus, ut ex subiecto & prædicato, construi. Ut autem hoc cum illo recto ordine coniungatur, & seruetur iusta prædicandi ratio, necesse est eum hic monere, quæ uoces de quibus & quo ordine dicantur. Est enim hic non uulgaris usus uocum communium, ut tum ipsæ uoces discernantur

tur suis appellationibus, tum uerò ostendatur quo ordine de se inuicem dicantur. Quis enim nescit, superiora & communiora de inferioribus & minus communibus dici: ut genera de speciebus, species de indiuiduis: non autem contrà. Nemo enim dicit, Homo est Petrus, ut suo loco paulo pòst dicam a-
 pertius. Iubeo autem, ut adolescentes diligenter doctrinæ de prædicabilibus in alijs libris, utilitates et commoda inspiciant. Sed accedo ad uerba Aristotelis, & docendi gratia in paucas regulas digeram.

I REGVLA ARISTOTELIS.

Quædam res hac sunt natura & conditione, ut de nullo alio uerè & uniuersaliter dicantur: ut sunt, Cleon & Callias: & singulare, & quod in sensum cadit: de ipsis autem alia quædam dicantur, ut homo & animal. Hoc est:

Indiuidua de nullo dicuntur, sed de ipsis species & genera. Hæc regula clarè & dilucidè naturam indiuidui explicat. Est autem indiuiduum, una certa & singularis res sub certa specie, uel proprio nomine appellata, uel particula demonstrante ostensa, uel quodam alio modo descripta & notata, ut eadem ipsa tantum intelligatur, & non alia: ut Cicero, hic homo, hic fluuius, Viadrus, Aeneas, Anchisæ filius. Hic sanè unicam certam rem, uel personam singularem intelligo, citra ambiguitatem. Est autem doctrina indiuiduorum nihil certius. Ea enim sunt res extra intellectiõnem, ut hic ceruus. Ea sola sub
 C sistunt.

sistunt, gignuntur & intereunt, sensibus sola percipiuntur: quod de speciebus & generibus dici non potest, quæ uerius intellectione & cogitatione quàm sensu nota sunt. Rectè autem Aristoteles traditurus uocum communium situm, orditur ab his quæ nobis sunt maximè nota, nimirum ab indiuiduis, quibus infimum locum tribuit. Nam indiuiduum est quasi subiectum & fulcrum omnium superiorum, & initium in prædicatione, & extremum in diuisione. Quia est ἀτομον, quòd in plures partes de quibus diceretur, disseccari non queat. In omni enim diuisione & methodo, oportet aliquod extremum ut terminum collocari, ne in infinitum res abeant: hoc est, ita tenue & angustum est, ut sub se nihil habeat angustius. Quod etiam de unitate sua & puncto Arithmetici & Geometræ prudenter asserunt. Sic autem indiuidua explicat: ait ea esse eiusmodi, ut de nullo alio dicantur. Dicitur de alio est, illi in oratione tribui, & de eo, ut uulgò loquimur, prædicari. Quod autem de altero dicitur, illud sub se continet & positum habet. Nam communiorum & superiorum est, de alijs dici. At indiuidua sub se nihil habent aliud angustius. Sunt enim & primæ substantiæ, quæ teste Aristotele, non possunt prædicari. hinc apparet, rectè hic doceri, indiuidua κατὰ μὲν δὲν ἄλλῃ κατηγορεύεσθαι.

Quod uerò addit, ἀλλῶς καθίλας, id est, uerè, uniuersaliter, hoc ita accipiendum est. Indiuidua falso quidem possent prædicari, sed nunquam

MEDII TERMINI. 35

quam uerè, uel κατὰ φύσιν: ut hoc modo, Homo est Virgilius, Mons est pinifer. multo etiã minus uniuersaliter: quis enim diceret, Omnis homo est Virgilius? Alexander duplicem expositionem adfert τὸ καθόλου. aut quod indiuiduum in uniuersum de nullo dicatur: aut quod aliquo modo possit, sed non uniuersaliter. ut si dicas, Aliquis homo est Socrates, Aliquis fluuius est Viadrus: non autem, Omnis fluuius est Viadrus. Porphyrius ait, τὸ δὲ ἀτομοῦ ἐφ' ἐνὸς μόνου τῶν κατὰ μέρος, & cætera. Species quidem, inquit, de indiuiduis omnibus: indiuiduum uerò, de uno solo singulorum. & addit exempla: ut Socrates, & hoc quod album est, & hic qui accedit Sophronisci filius.

Hanc autem prædicationem impropriam esse, plerique asserunt. Nisi fortè dici de uno sit, tantum unicam rem notare, & significare. Sed pergo ad alia.

Regulam uerò hanc declarat exemplis, quæ facile docent, hic agi de indiuiduis, & quid sit indiuiduum, ὡς ἐν τύπῳ. Sunt enim, ut Callias & Socrates, quibus reuera singulæ, unicæ, & certæ personæ seu homines tam certò significantur, atq; si digito demonstrantur, & dicatur, Hic homo. Eius generis sunt quoq; τὸ καθ' ἑνασιν, id est, nomen singulare, uel res quæ est indiuiduum. Quicquid enim est, hac de causa dicitur esse, quod singulare est, & τὸ αἰδῆτον, quod est quiddã sensu perceptũ. ea autẽ perceptio est singulorum experientia cognitorum.

C 2 Indiuidua

Individua ergo sunt singularia, & singularia pronuntiata efficiunt, & sola in sensus cadunt: ut principaliter πρώτοι βγαίαι, quæ sunt ὑποκατάθεσις, seu ὑποκατάθεσις. Reliquorum uero ordinum seu predicamentorum, præter substantiam, individua sunt quoque, & semper res singulares, sed non αἰδῶνται.

Ultimo loco positum est in eadem regula, individua quidem non dici de alijs, cum non habeant: sed de ipsis multa dici, nimirum superiora & communiora, ut species & genera, ut est uidere in hominis & animalis exemplo. Rectè enim homo, ut species, alicui homini seu individuis suis tribuitur: ut Socrates est homo, Hic homo est homo, rectè animal, ut genus, uocabulum communius specie, alicui homini uel individuo sub eius specie locato tribuitur: ut, Socrates est animal, Hic homo est animal.

II REGULA.

Quædam eorum quæ de alijs dicuntur, ita dicuntur, ut de ipsis nihil prius (ut sunt genera summa) Quædam uero de alijs quidem, sed de ipsis quoque alia: ut de Callia, homo: de homine, animal dicitur. (& sunt genera & species mediae.)

Nec hæc quidem regula quicquam difficultatis afferre potest illis, qui uel mediocriter doctrinam predicabilium cognouerunt. Vt enim in prima regula situm individuorum ostendit, ita nunc in hac ascendit ad ea quæ de inferioribus dici solent. Agit autem de generibus summis, & generibus atque speciebus

bus medijs. Primum genera summa ita ex ipsorum situ & ordine describit: Ea sunt, quæ alijs, nempe omnibus inferioribus, quæ sub se continent, tribuuntur. at ipsis nihil cum sit prius uel altius, dicit de ipsis quoq; nihil dici. Vltimum enim ascensu ipsa locum obtinet: et hoc nomine γέννη γεννώτατα & ἀνώτατα appellantur à Dialecticis, quod sint omnium communissima uocabula, nec supra se ullū aliud genus habeant. Et hæc sunt, de quibus prior pars regulæ agit, paulo post copiosius explicabuntur.

In posteriori autē parte, regula docet esse quasdam res, quæ quidem de alijs dicuntur, sed eas quoq; sub alijs esse. Intelliguntur autem genera & species ὑπάλληλα, id est subalterna, uel media: & εἶδος εἰδινώτατον, id est species specialissima, seu ima. Genera enim subalterna sub summo aliquo genere collocantur, de quibus illis genus hoc prædicatur. Species mediæ sub medijs generibus sitæ sunt. Ea autem genera & species inter se ita commixtæ sunt, ut genus medium respectu superioris fiat species: & si ad inferius referatur, fiat genus. Sic etiam species mediæ fit genus speciei imæ, & fit species generis superioris cuiusdam medijs: ita diuersa ratione & situ nunc genera, nunc species fiunt. Species quoq; infima de inferioribus, nempe indiuiduis dicitur: sed de ea, omnia superiora dicuntur. Obseruandi ergo sunt gradus singularum uocum quæ inter se coniunguntur. Nam substantia ut genus summum, dicitur de corpore animato, de animali, de homine, de Socrate. Corpus animatum, dicitur de animali, de homine,

38 **RATIO INVENIENDI**

de Callia, de Socrate: sed de corpore animato, substantia. Animal dicitur de homine, & indiuiduis: sed de animali, substantia, & corpus: homo dicitur de hoc homine, uel illo. Substantia est genus summum, Homo est species infima: Corpus & Animal sunt genera media, quæ nunc genera, nunc species fiunt. Ex his opinor notum est, quòd quædam res de alijs quidem dicantur, sed supra se quoq; alia prædicata habeant, præter genera summa, quæ genere superiore carent. Sed studiosus huius doctrinæ referat huc ex singulis prædicamentis exempla, quæ habentur plurima.

III REGULA.

Patet igitur, quasdam res hac natura esse, ut de nullo dicantur. Quæ enim in sensus cadunt, fermè sic se habent, ut de nullo prædicentur: nisi id fiat quasi secundum accidens. Dicimus enim, hoc ipsum album est Socrates: & hoc quod accedit, est Callias.

Repetit hic primam regulam de indiuiduorum natura traditam: & adnectit ei correctionem, forte hac etiam de causa, ut explicet quod supra dixit, indiuidua uerè & uniuersaliter non dici de alijs. Verùm quomodo hæ particule sint intelligendæ, puto me satis perspicuè docuisse. Nunc quia idem ferè repetit, pauca addam. Pōnit regulam in genere ueram, indiuiduorum hanc esse naturam & situm, ut de nullis alijs prædicentur. Corrigit uerò
cans

tam hoc modo, Nisi id fortè fiat per accidens. quæ
 particula, quid ipse intelligat, exempla subiuncta fa-
 cile indicant. Vocat enim prædicationem, ὡς κατὰ
 τὸν ὑπερβυθὸς: ut si quis ita dicat, hoc album est Socra-
 tes. Indeque ita uidetur appellare, quòd in eiusmodi
 prædicatione, subiectum notetur et describatur per
 accidens, uel alias proprietates quas in se peculia-
 res habet illud indiuiduum, de quo agitur. Possu-
 mus autem Aristotelis autoritate adduci, ut hanc
 prædicandi formã non omnino damnemus. licet Phi-
 loponus asserat, eam πᾶσιν ἀπορίῃ esse. Non est au-
 tem, ut mihi quidem uidetur, recta et propria prædi-
 catio: sed tamen, ut et supra dixi, ipsius indiuidui no-
 tatio. Non enim hic Socrates de albo ut accidente
 dicitur, sed de ipso indiuiduo, quod hoc accidente est
 notatũ, & ita uel ἀενταίῳ ὡς ostensum, uel certis pro-
 prietatibus & accidentibus notatum, nihil est aliud
 quàm ea res uel persona quæ suo nomine Socrates
 aut Callias uocatur. Et licet, ut hoc modo interpre-
 ter, hoc albũ est Socrates, id est hæc res uel persona
 quæ hic singularẽ agnoscis ex albedine & alijs pro-
 prietatibus, est ipse Socrates, nec alius. Licebit
 hac ratione & cõtrã dicere, Socrates est hoc albũ,
 id est, est persona illa quam hic conspicias, & his acci-
 dentibus insignitã agnoscis. Videtur autẽ eò condu-
 cere, ut rem licet certã per se, sed tamẽ minus notã,
 notiori nomine & celebriori ostendas. Apud Ho-
 merũ quærit ex Helena Priamus, quinã sit ille
 Græcus, uir bonus, magnus, pulcher, honoratus,
 & regio uiro similis? Respondet ea, Agamemno-

40 RATIO INVENIENDI

nem esse, Atrei filium, regem bonum, & fortem bel-
latorem. Sic enim sæpe fit, ut si etiam indiuiduorū
nomina minus sint nobis nota, hoc modo describan-
tur indiuidua: aut si nomen alicuius sit quidem cele-
bre, persona uerò ipsa antehac non uisa, in quam si
fortè incidis, tibi uel quærenti uel tacenti possit eius
nomen ab alio dici. Idem dicas licet de rebus cæte-
ris, quarum indiuidua sunt *αἰδῶν*, & substantia,
quæ sensibus ipsis percipiuntur. Sed prolixior sum
in hac re, quàm fortè necesse est. Fero autem facia-
le, ut doctiores de hac mea sententia iudicent: & si
meliolem habeant, sequantur.

III. REGULA.

Quod uerò, si fursum eamus, stetur
aliquando, dicemus alibi iterū; at nunc
id se ita habere, pro certo & cōcesso ha-
beatur. Aliud igitur quod de summis
generibus dicatur, demonstrari nō po-
test, nisi secundum opinionem (*ponatur
ens*). Ea autē (*summa genera*) de alijs. Nec
indiuidua de alijs, sed alia de ipsis di-
cuntur. Media uerò, seu subalterna, u-
trunq; admittunt. Nam & ipsa de alijs,
& alia de ipsis dicentur.

Conclusurus hoc primum suæ doctrinæ caput,
repetit (*more diligentis præceptoris*) ea quæ in tri-
bus superioribus regulis posuit, & fusius explicat,
hac saltem de causa, ut discentes facile totam huius
doctrinæ

doctrinae rationem percipiant. Facit autem initiū à summis generibus, & ut supra dixit, esse quosdā extremos terminos, in quibus, qui à summis generibus per media descendisset, insisteret, & quasi quiesceret. Diuisionis enim cuiuslibet finis, & minutissima particulae sunt indiuidua quae, nec in alia diuidi, nec de ipsis dici possunt. Ita nunc quoque monet, si quis ab infimis iusto ordine, sursum ascendat, eum quoque aliquando inuenturum esse in summo quasi uertice, quaedam generalissima capita seu genera, quae in uniuersum omnia inferiora contineant, & de ipsis dicantur: non autem supra se aliud quoddam genus quod sequantur habeant. Qua de causa $\pi\epsilon\omega\tau\alpha$ $\delta\acute{\epsilon}\nu\alpha$ $\gamma\acute{\epsilon}\nu\eta$, $\sigma\acute{\iota}\omega\sigma$ $\alpha\gamma\chi\alpha\acute{\iota}$ $\delta\acute{\epsilon}\nu\alpha$ $\pi\epsilon\omega\tau\alpha$ uocatur, quod in ipsis quasi communissimis principijs etiam mens hominis debeat consistere, nec magis commune genus inquirere. Quod etsi alibi se quoque traditurum pollicetur (quod sanè facit in Posterioribus Analyticis) tamen addit pro praesenti negotio, nunc hoc quasi positum & concessum recipiendum esse, nec ulterius de eo controuertendum.

Addit porro deinde, non posse communius aliud genus quod de decem generalissimis quae in Categorijs enumerantur & explicantur, dicatur demonstrari, nisi fortè quis pro communi opinione non omnino mala uelit $\tau\acute{o}$ $\acute{o}\nu$ transcendens ultra decem prima genera euehere, & illud quasi extremam metam, ubi mens in inquisitione rerum resisteret, collocare. Si enim mens hominis sine aliquo fine uagatur, redduntur omnia confusa & incerta. Nec

42 RATIO INVENIENDI

etiam mihi uidentur male facere, qui unum commune uocabulum *Ens* supra prædicamenta decem constituunt, & ita quidem, ut proximè ab his generibus ad illud eatur, quod etiam aliquo modo ad ea singula, imò ad omnia quæ in ipsis sunt, accommodetur. Non autem hoc ut genus, sed ut quoddam ἐπὶ μὲν οὖν prædicamentis tribuitur. Quicquid enim est, quia est, idcirco est *Ens*. Est enim aliquid. Sicut quicquid est unum quiddam, & singulare est. Hinc *Ens* à recentioribus quoque in substantiam & accidens diuiditur. Et uulgare distichon de Aristotele extat:

Magnus Aristoteles trutinando cacumina rerū
In duo diuisit quicquid in orbe fuit.

Porro nunc in controuersiam uenit, si *Ens* tribuatur decem generibus, num de illis dicatur ut genus uerum, σιωωνύμως' ne, an uerò quadam alia ratione. Hinc mihi uidetur profluere ratio, cur Aristoteles dicat κατὰ μὲν ἑρτύτῳ ἢ ἐστὶ ἀποδείξαι κατηγορήμενον ἕτερον, πλὴν εἰ μὴ κατὰ λόγον, ut est supra in textu. Nam aliud uerum genus quod uniuocè prædicetur de prædicamentis, aut ea definit, inueniri non potest. Verum ego opiniones aliorum hac de re nihil moror. Puto enim Porphyrij & Aristotelis auctoritatem & sententiam non nimium contentiosis, sed moderatis ingenijs satisfacere posse. Ait enim Porphyrius, ἔστι γὰρ ἐστὶ κοινὸν γένος πάντων τὸ ὄν, ἢ δὲ πάντα ὁμογενῆ καὶ ἐστὶ τὸ ἀνωτάτω γένος, ὡς φησὶν Ἀριστοτέλης, ἀλλὰ κείδω ὡσπερ ἐν ταῖς κατηγορίαις τὰ πρῶτα
διίκα

λένα γένη, ὅτιοι ἀρχαὶ λένα πρώται, καὶ δὲ πάντα
 τὰ ὄντα καλῆ, ὁμωνύμως φύσει καλέσθαι, ἀλλ' οὐ συνωνύ-
 μως. εἰ μὲν γὰρ ἐρκοινὸν ἢ γένος πάντων τὸ ὄν, συνω-
 νύμως ἀρ' πάντα ὄντα ἐλέγετο. λένα δὲ ὄντων τῶν
 πρώτων, ἢ κοινωνία κατὰ τὸ νόμα μόνον, ἢ μὲν καὶ κα-
 τὰ τὸν λόγον τὸν κατὰ τὸ νόμα. Cum itaque sint de
 cem genera summa, non debet unum tantum statui:
 aut si omnia quæ sunt, ens uocantur, uel sunt, cer-
 tē id non uniuocē, sed æquiuocē fit. Sic enim com-
 mune genus habent nomine quidem, sed non ratione.
 Et ἀναλυτικῶν ὑσέρων β. ait Aristoteles, ἢ γὰρ γέ-
 νος τὸ ὄν. negat ibi ens esse alicuius genus, negat eti-
 am εἶναι alicui esse substantiam. Vbi Philoponus
 rationem affert, eo quòd æquiuocum sit.

Videtur autem repugnare locus qui est γ. τῶν
 μετὰ τὰ φυσικά, ubi Aristoteles ait, τὸ δὲ ὄν λέγε-
 ται μὲν πολλαχῶς, ἀλλὰ πρὸς ἓν καὶ μίαν τινὰ φύ-
 σιν, ἢ ὁμωνύμως, ἀλλὰ ὡς περ καὶ τὸ ὑγιανόν ἀπαρ-
 πρὸς ὑγίαν. Ὁραυλορὸς δὲ, ἔτω δὲ καὶ τὸ ὄν λέγε-
 ται πολλαχῶς μὲν, ἀλλὰ πρὸς μίαν ἀρχὴν. Vbi A-
 ristoteles non solum non ait τὸ ὄν uniuocē multis
 tribui, sed negat etiam ὁμωνύμως, hoc est æquiuo-
 cē, seu ambiguē de uarijs dici, ὅτι uidetur Ens i-
 psium quasi medium inter uniuoca ὅτι æquiuoca sta-
 tuere: qualia sunt ea quæ cum ad unū finem uel prin-
 cipium referantur, unū quoq; cōmune nomē habent.
 ut multa dicuntur sana, propterea quòd sanitati ser-
 uiant. Nā ὅτι ἀ medicis urina dicitur sana, et phar-
 macū sanū, ὅτι corpus sanū, ὅτι instrumentū et exer-
 cisiū sanū. omnia enim ad sanitatē referuntur. Eodē
 modo

44 RATIO INVENIENDI

modò substantia est primum principium, & ens: accidentia uerò varia sunt affectiones substantiæ, ut corruptio, priuatio, qualitates, & quæ efficiunt uel gignunt substantiam, & quæ ad substantiam dicuntur, sunt quoq; entia, respectu substantiæ ad quæ respiciunt. Verùm etsi Aristoteles negat ens æquiuocum esse, tamen explicat illud & uariè accipi, & multis tribui: non uerò ut genus, sed ea ratione quæ est exemplis ostensa, quam etiam Simplicius inter æquiuoca connumerat. Is enim æquiuoca quæ consilio fiunt, uel propter similitudinem fieri, uel per analogiam, uel cum ab uno communis de pluribus differentibus prædicatio fit: ut à medicina, liber medicus, medicum instrumentum, medicum pharmacum dicitur. uel cum uaria propter unum finem cõmune nomen habent. Quartus autem modus ab Aristotele in dicto loco ponitur. Potest ergo ens secundum reliquos modos non esse æquiuocum, sed secundum quartum modum aut æquiuocum, aut certè non multum alienum ab æquiuoco esse.

Verùm de hoc satis. copiosius enim hæc dico, quàm constitueram: petoq; ut studiosi hac occasione, de ista controuersia diligentius cogitent.

Postquam uerò Aristoteles repetijt in hac regula de summis generibus nullum aliud dici, ipsa autem de omnibus, quia omnia sub se continent: repetit etiam quod de indiuiduis iam aliquoties dixit, ea de nullis alijs, cum sint infima, sed alia omnia ut superiora de ipsis prædicari solere, ut patet ex his quæ dicta sunt paulo antè.

Postrea

MEDII TERMINI. 45

Postremò redit ad genera media, seu interiecta, & species: & docet in ipsis utrumque hoc esse, quòd & de alijs dicantur, & alijs subiaceant. Ea enim suprà se genera habent, & sub se species: & diuerso respectu atq; situ, nunc sunt genera, nunc uerò species, ut in dialecticis docetur.

Concludit autem hoc caput his uerbis: Hi sunt ferè sermones & considerationes, quæ de prædicandi ordine, & his uocibus potissimum haberi solent.

Huc etsi quædam alia interpretes adferunt, tamen ego censeo hæc uerba plana & perspicua esse, nec aliam expositionem requirendam, quàm ipsa præ se ferunt.

CAPVT II.

Regulæ generales ad medium inueniendum necessariae.

Sic autem propositiones de quolibet Themate inueniendæ sunt.

Nunc accedit ad explicationem secundi capituli huius methodi, & ingreditur in ipsas artis præceptiones. Præmittit autem generalia præcepta, ad facilem inuentionem medijs per quàm utilia. Docent enim, quomodo quis de aliquo themate possit subito multa media in promptu habere, & quæ sint omnium optima. Moneo autem, ut auditores mei hanc partem diligenter cognoscant: præcipuam enim uim in hac propositionum copia habent. Redigam uerò iterum ea in certas & breues regulas, easq; illustribus exemplis declarabo, ut adolescentibus ea memoriæ mandare facile queant, & ipsorum

46 RATIO INVENIENDI

psorum utilitates subito perspicere. Sit autem regula prima.

I REGULA.

Qui proponit aliquid, primum definitiones & propria eius inquireat.

Dialecticus ipse uel secum adfert propositionem controuersam, uel ab alio allatam proponit, ut eam uel confirmet, uel refutet. Quod ubi fecit, diligenter & accurate membra eius, uel terminos, ut uocant, expendit. Constat enim omne πρόβλημα ex subiecto & praedicto. Deinde quaerit aliud tertium, quod sit causa, cur praedictum subiecto uel per affirmationem tribuatur, uel per negationem adimatur. Illud autem sic inueniri potest. Iubet Aristoteles, ut τὸ πρόγματος, hoc est rei propositae totius, seu ipsius terminorum (ut Alexandro placet) definitiones & propria quaeramus, uel ipsius potissimum subiecti, cui definitiones & propria uere tribuuntur. Licet tamen ut utrunque terminum τὸ πρόγματος nomine intelligamus. Vtrique enim sua est definitio, genere & differentia constans: sunt etiam sua propria. Hinc solent argumenta nunc à subiecti definitione & proprijs, nunc à praedicto sumi, pro rei ipsius conditione, & consilio Dialectici. Allatis igitur proprijs & definitionibus, inuenta sunt optima media, quibus propositio dubia probetur. Porro per definitionem, ὁρισμὸν, intelligit orationem, quae quid res sit genere & differentia uega explicat. Declarabo autem exempla
plis

plis, ut omnibus patefiat. *Propositio est, Ethices doctrina est ad uitam necessaria. Ethice, est ἠθικὴ ἐπιστήμη. Necessaria ad uitam, est ἀναγκαῖον πρὸς τὴν βίαν.* Mediū sumatur à subiecti definitione. *Est autem Ethice doctrina uel notitia de moribus, & omni honestè uiuendi ratione. His inuentis, qui medio-crem usum habet rationis syllogisticae, ipse potest syllogismum formare. Sit maior à definitione: Hæc doctrina quæ docet mores & rectè uiuendi rationem, ad uitam benè degendam est necessaria.*

Addatur minor:

Ethice est doctrina de moribus, & omni honestè uiuendi ratione. Sequitur conclusio:

Ergo Ethices doctrina ad hanc uitam est necessaria. Licet etiam, ut mediij loco sumas prædicati definitionem, nimirum necessarij: ut, Sine quo nemo honestè uiuere potest, hoc est necessarium in uita: Sine Ethica nemo rectè uiuere potest: Ergo, Ethica est necessaria ad uitam.

Aliud.

Si in quæstionem ueniat, An gloria sit expetenda, Gloria est subiectum, Expetere est prædicatum. Medium sumatur à definitione gloriae, quæ in maiore collocetur: ut,

Illustris fama, seu testimonium nostræ conscientie rectè iudicantis, & aliorum rectè iudicantium de meritis & uirtutibus, est expetenda. In minore accommodetur definitio ad definitum:

Gloria est illustris fama uel testimonium nostræ conscientie rectè iudicantis, & aliorum rectè iudicantium

dicantium de nostris meritis & uirtute. Ergo,
Gloria est expetenda.

Similis est ratio, si per negationem tollatur de
finitio, ea enim remota, definitum necessariò quoque
remouetur. Quæstio est, An gentiles habeant ue-
ram religionem. tu autem si neges eos habere, remo-
uebis ab ipsis religionis prædicati definitionem, hoc
modo. A definitione religionis ueræ,

Cultus Dei consistens in uera fiducia, timore &
dilectione erga Deum iuxta uerbum Dei, est ue-
ra religio:

Gentiles non habent illum cultum in uera fiducia,
timore & dilectione erga Deum consistentem:

Ergo, Gentiles non habent ueram religionem.

Proprium autem hic uocat peculiare officium,
seu facultatem alicuius certæ speciei solam, quæ non
speciem quidem constituit, sed in constituta inest: ut
est hominis proprium, posse agnoscere Deum, aptū
esse ad ratiocinandum, loquendum. Talia propria
sæpe firmas argumentationes conficiunt. Sit the-
ma, Christus est Deus. Medium à proprio Dei,
quod Christus habuit, sumatur: Qui creat mūdum,
resuscitat mortuos, cæcis uisum reddit, & ascendit
in altum, dans dona hominibus, is est natura Deus:
Hæc omnia Christus habet, & facit: Ergo Chri-
stus est Deus.

Sit propositio negatiua: Ministri euangelij
non debent esse magistratus politici. sumatur medi-
um à proprio magistratus politici:

Magistratus politicus cohercet & punit con-
tumaces

contumaces uel corporali, seu gladio:

Minister euangelij non cohercet contumaces uel corporali, sed uerbo Dei, & excommunicatione:

Ergo, Minister euangelij non debet esse magistratus politicus.

Moneo autem studiosos huius artis, ut hic colligant atq; comportent uariarum specierum multas & uarias definitiones atq; propria, quæ si in promptu fuerint, non erit necesse eos multum laborare in inueniendo medio, si modò quis mediocre ingenium & exercitationem, & uulgarium præceptionum leuem cognitionem secum attulerit.

II REGULA.

Excerptantur deinde ea quæ rem sequuntur & antecedunt, & ei repugnant, uel inesse non possunt. At ea quibus repugnat ipsa res, non sunt sumenda: eo quòd negatiuum, seu priuatiuum conuertatur.

Dixi antea, τὸ πρᾶγμα, seu rei nomine, ipsum thema de quo controuertitur, cum suis membris intelligendum esse: membra autem esse ipsum subiectum de quo aliquid, & prædicatum quòd de subiecto dicatur in conclusione. Nunc uerò explicanda est regula secunda, in qua præcipitur, ut thematis alicuius partibus seu terminis inspectis, obseruemus diligenter ea quæ uel subiectum antecedunt, uel sequuntur, uel ei repugnant, idemq; in prædicato ipso faciamus. Sunt enim quoq; multa quæ ipsum antec-

D dunt,

dunt, multa quæ cōsequuntur, multa quæ repugnāt, uel ab ipso aliena sunt. Continet autē hęc regula fontem totius huius doctrinæ. Omnis enim ratio uel medius terminus cōclusionis ita se habet, ut nūc partes eius uel antecedit, uel sequatur, uel illis repugnet. Et pulchrè Quintilianus ait, omnia uel per antecedentia uel cōsequētia, uel repugnātia probari. Explicabo autē singula perspicuis exemplis. Δεί γὰρ (ut inquit Arist.) ὑπὲρ τῶν ἀφανῶν τοῖς φανεροῖς μακροῖς χρῆσθαι. Vocamus autē antecedentia, οἷς τὸ πρῶμα ἐνολεῖ, quæ quadā alia re ordine, natura priora sunt: ut apud Dialecticos indiuiduum prius est specie, species prior genere. Socrates enim in prædicando præcedit hominē, homo ipsum animal, causa prior est effectu, subiectū prius accidente, morbus antecedit curationē, poenitentia condonationē peccati, bonū antecedit uirtus, felicitas, opulētia, pulchritudo: Iustificationē fides, creator creaturam.

Ex his uicissim apparet, quid per consequentia aliquam rem intelligatur, ὅσα ἐπετα τῷ πρῶματι. qui enim intelligit antecedentia natura priora esse, facile uidet consequentia natura posteriora, ut species sequitur indiuiduū, speciē genus, propriū: subiectū sequitur accidens, effectus causam, definitio definitū. Qui homo est animal, est ad ridendū, discendū aptus: adustio fit, postquam ignis rei admotus est: præmiū datur, postquam quis bene egit: Bonū sequitur utile, honestū, iucūdū. Proderit autē discētibz, si obseruent rerum talium inter se respectū & ordinē, ut paulo post exemplis res omnis demonstrabitur.

At

MEDII TERMINI. 91

At quæ repugnant rei, uel ut Aristoteles loquuntur, ὅσα μὴ ἐνδέχεται ἀυτῷ ὑπάρχειν, ea per negationē subiectis cōnectuntur, negatiuasq; propositiones constituūt: ut, Deus nō est causa peccati, hic peccatū repugnat Deo. Huc referri possunt omnis generis cōtraria: ut disparata, Homo nō equus, Episcopus nō est rex gentiū, uirtus non est actio cōtra rationē: ut contrariæ qualitates, calidū frigidū, boniē malū. Priuatiuē opposita, lux tenebræ, uisus cæcitas: cōtraria ad aliquid, Dominus seruus. quia dominus non est seruus, eiusdem respectu. Huc referri dissimilia, differentia, aut qualicumque modo pugnantia, si modò non possint inter se coniungi per asseuerationem: impium esse & iustificari, credere in Christum & damnari, uerè credere & malè operari, puerum esse & adulterium committere.

Iā uerò si uidetur, proponamus aliquas propositiones, ut uerus regulæ usus perspiciatur ab omnibus. Sit exemplum, Peccatum damnat hominem.

Subiectum est, peccatū: Consequentia eius sunt, defectus seu carentia originalis iustitiæ, morbus & inclinatio praua in homine hærens, ex propagatione Adæ innata, actio, cogitatio, uoluntas, sermo contra uoluntatē & legē Dei. Quid est ergo peccatū? Est defectus, est priuatio originalis iustitiæ, &c.

Antecedentia peccati sunt, species peccati, adulterium, homicidiū, & adulteriū & homicidiū Dauidis, furtum, desperatio, dubitatio de Deo, indignatio sub cruce, contemptus uerbi Dei, persecutio doctorum euangelium, dissimulatio ueritatis, & aliæ

D 2 multa:

multa. Quæras ergo, quid est contemptus cultuum diuinorum? Est peccatum.

Repugnantia, seu ἀλλότρια peccati sunt, iustificatio, mereri gratiam coram Deo, consequi præmia æterna & temporalia. Hæc enim uerè pugnant cum peccato: ut, Nemo dicit peccatum iustificat: sed rectè dicitur, Nullum peccatum iustificat, Nullum peccatum placat iram patris æterni.

Prædicatum est, Damnat. damnationem præcedunt omnia quæ sequuntur subiectum, ut defectus in natura, inclinatio praua ad malum, actio, cogitatio mala. Nam inclinatio praua ad malum in natura damnat, actio impia damnat hominem coram Deo.

Damnationis cōsequentia sunt, ira Dei, odium Dei, reiectio à facie Dei, æternum supplicium.

Damnationi repugnant, uita æterna, fauor patris, coeleste gaudium. Nam damnari non est uenire in gratiam patris, non est uita æterna.

Conficiamus nunc syllogismum ex hac conclusione, Peccatum damnat. Medium autem sumam, quod est subiecti consequens, & prædicati antecedens, ut Actio contra legem Dei. Accommodo ita ad eas partes: primum coniungo cum prædicato, cuius est antecedens: ut,

O. Actio contra legem Dei, damnat. Deinde cum subiecto, cuius est consequens:

Peccatum est actio contra legem Dei.

Igitur peccatum damnat.

Addam exemplum negatiuarum. Propositio:
Lex

Lex Sybaritica, nemo nostrum frugiesco, non est probanda: quia lex Sybaritica prohibens frugalitatem, non consentit cum lege natura, & recto iudicio;

N. lex est probanda, quae dissentit à lege natura.

Lex Sybaritica dissentit à lege natura.

Lex Sybaritica prohibens frugalitatem non est probanda.

Iudas proditor non est iustificatus: Quia non habuit fidem quae in poenitentia requiritur.

Leocrates non est uerus ciuis: Quia patriam deseruit in periculis.

Thraso non est fortis: Quia tantum simulatam uirtutem habet.

Iudeus non est Christianus: Quia hic credit in Christum, ille non credit.

Sed confingant plura exempla qui uolunt, haec modo sufficiant. Additur autem in fine regulae praecipio, ne sollicitè quæramus ea, quibus ipsae thematicae partes repugnant. Quae enim subiecto uel praedicato contraria sunt, his etiam ipsum subiectum uel praedicatum est contrarium. Nam illa repugnantia conuertuntur: ut, Homo non est equus, Equus non est homo: Christus non habet peccatum, peccatum non est in Christo. & ἄρτιον enim, id est priuatiuum, seu negatiua uniuersalis, simpliciter conuertitur: N. Cometa est stella uera. N. Stella uera est Cometa.

III REGULA.

Consequentia ipsa diuidenda sunt.

D 3 Nam

Nam quædam eorum ad quæstionem quid est, quædam ut propria, quædam ut accidentia de subiecto prædicantur. Horum etiam nonnulla secundum opinionem, seu probabiliter, nonnulla uere insunt. Quo enim quis pluribus probabilibus abundauerit, hoc citius conclusionem consequetur: quo autem plura ueriora habuerit, hoc magis demonstrabit.

Nunc discernit & diuidit ea quæ sequuntur partem aliquam thematis, hoc est, quæ ei tribuuntur. Omnia enim consequentia sunt prædicata earum conclusionis partium, quas sequuntur, si eis iusta & legitima ratione coniungantur. Tradit autem primum duas diuisiones consequentium, seu τῶν ἐπομένων. Deinde utriusque diuisionis diligenter obseruatae utilitatem ad syllogismos conficiendos necessariam adnectit. Est autem hæc diuisio prima. Quædam consequentia dicuntur de subiecto, hoc est de eo quod sequuntur ἐν τῷ τί ἐστίν, quædam ut propria, quædam ut accidentia. ad quæ sanè tria, omnia quæ in omni sermone de aliquo dicuntur, referri debent. Quicquid enim de aliquo dicitur, hoc est ei uel definitio essentialis, seu pars definitionis, ut genus & differentia, uel proprium, uel accidens. Ita ingeniose Dialectici omnia prædicata his uocabulis incluserunt, indeque ea uel prædicabilia, uel uniuersalia nominarunt.

Porrò primum membrum huius diuisionis est eorum, quæ ad quæstionem quid est prædicantur de subiecto.

Et. quæstio autem quid est, quærit de his quæ rei naturam & essentiam constituunt. Vnde necesse erit, ea cõsequentiã de natura & essentia esse illius, quod sequuntur. Sunt autem species, genus & differentia specifica, seu tota definitio essentialis. Species enim de indiuiduo, de specie genus & differentia, de definito ipsa definitio ad quæstionẽ quæ de rei natura quæritur, prædicatur. ut, Quid est Lycisca? est canis. Quid canis? est animal, uel animal irrationale. Etsi differentia ad quæstionem qualis est dicitur de specie, tamen quia specifica est, & pars essentialis speciei, ideo coniuncta cum genere absoluit definitionem, & in quid de specie dicitur. ut cum quæro, Quid est iustitia? est uirtus unicuiq; suum tribuens. Quid est ius? est ars æqui & boni. Intelligit enim Aristoteles non tantum genus, sed totam quoq; essentialẽ definitionem, & partes eius, ut discernantur à proprijs & accidentibus, de quibus in secundo & tertio membro. Hinc formantur propositiones, quæ quidem omnes sunt in materia necessaria, sed differunt tamen in prædicatis: ut, Argus est canis, est speciei de indiuiduo: Canis est animal, est generis de specie: Canis est irrationalis, est differentia de specie prædicatio. in quibus facile consequentiã ipsa uidentur.

Secundum membrũ est propriorum, quæ quidẽ cũ his quorũ sunt cõsequentiã, necessariò coherent, nõ tamẽ sunt de natura & substantia ipsorũ. Sunt enim quædã propria & peculiare certarũ specierum conditiones, effectiones, inclinationes & offi-

cia, quæ eas constitutas sequuntur, non autem constituunt. ut, Canem sequitur proprium, aptum esse ad latrandum: Equum sequitur, hinnire posse. Quamvis autem propria sæpe pro differentijs collocantur in definitionibus, tamen hic uerè intelliguntur propria à specificis differentijs distincta. Licet enim sæpe confunduntur ea, tamen multum refert, studiosos uerum & perspicuum discrimen inter differentias ἐιδολογίας & τὰ ἰδιὰ cognitum habere.

Tertium membrum est τὸ πρὸς συμβεβηκότα. Nam & accidentia sequuntur sua subiecta, & de illis ad questionem quale sit, sicut & propria dicuntur. Est autem accidens hac natura, ut per se non possit subsistere, sed in alio sit, & nunc in ipso esse, nunc uerò ab ipso saluo, possit abesse. Licet autem multa sunt accidentia, quæ nunquam à subiecto abijciuntur & remouentur, indeq; ἀχώριστα dicuntur: tamen cum sint extra substantiam rei, nec adhæreant ei ut proprium, facile apparet ea esse diuersi generis à reliquis uocibus cognatis. Et cum quodlibet accidens in diuersis subiectis cernatur, facile apparet id posse à subiectis suis separari. Nam coruus semper est niger, cuius nigredo cum etiam in alijs sit, facile intelligit ratio, quomodo etiam inseparabilia accidentia possint abesse. Quam ob causam fit, ut nulla propositio dicatur necessario uera, in qua qualecunq; de subiecto dicitur. Non autem possunt plura accidentia consequentia colligi, quam si res nouem prædicamentorum ad substantiam referantur, ut de ea dicantur. Vt apud Homerum Polyphemus tribuitur

tribuitur monstrosa magnitudo, inhumanitas, crudelitas, ignorantia iuris & æqui, inhospitalitas, contemptus Dei. Est etiam apud eundem pastor, Neptuni filius, mulget oves, bibit uinum Maronium, inebriatur, amittit oculum, & in antro ἀνακλιθεῖς πέσει ὑπὸ πύλοσ, καὶ νεῖτ' ἀποδοχμώσας παχὺν ἀυχέια. Circe est mansuetaria, Ulyssis socios in sues transformat: Crassus est diues, auarus, superbus: Atra bilis est amara, mordax, arrodens. Sed non necesse habeo, illa prolixius explicare, quæ uulgo pueris nota sunt.

Ad probandam igitur & concludendam propositionem aliquam ratione syllogistica in prima & secunda figura, sumatur medium quod est consequens alterius membri propositionis, in prima figura subiecti: in secunda autem nunc subiecti, nunc uero prædicati consequens: illudque ex certo inuentio- nis loco, ut à specie, à genere, à differentia, à proprio, ab adiunctis, adiacentibus, & communiter accidentibus. ex his enim, ut hæc regula docet, media, consequentia conclusionis partem, desumi debent & solent. In tertia figura medius terminus utrunque membrum conclusionis in præmissis præcedit, idcirco ad eam nulla consequentia sunt adferenda.

Explicarem hæc aliquot exemplis, nisi constitui- uissem paulo post magnum exemplorum cumulum adferre: pergo igitur ad secundam diuisionem.

Altera diuisio consequentium est talis, Quædam quæ rem sequuntur, probabiliter & secundum opinionem quorundam ei insunt, quædam autem

D s reuera

reuera insunt. Dicam autem inuerso ordine, docendi gratia, primùm de ueris. Certò uera sunt, quibus rectè cognitis omnes sana mente adsentiantur. Cognoscuntur autè per certitudinis suæ ueritatem, quæ sunt: Primum, experientia uniuersalis, quæ docet cœlum moueri circulariter, ignem esse calidum, glycyrrhizam esse dulcem. Secundum, principia practica & theoretica, quæ sunt notitiæ naturæ diuinitus insitæ de honestis actionibus & turpibus, & sunt artium omnium semina & initia. ut, Deus est colendus, societas est conseruanda, furta fugienda, causa prior est effectu, totum est dimidio maius, omne graue deorsum, contrariæ qualitates contrarijs pelluntur. Tertium est, iudicium ex dialecticis conformatum de cognatione uocum, quæ necessario coherent, ut species cum indiuiduo, & cum his genus, propriū, differentia. necessario enim Socrates est homo, homo est animal, Consul est magistratus, febris est morbus, baptismus est lauacrum regenerationis, uirtus agit secundū rationem, Bonus magistratus tuetur insontes, punit contumaces. Coherent etiā necessario effectus cum propria causa: ut, ignis natura sua calefacit aquā, & incendit stramina, si illis admoueat: fides tranquillam cōscientiam & pacem efficit. Adiacentia, seu perpetua accidentia cū subiectis: coruus est niger, cygnus est albus: atrabilis est amara, mordax. reuera enim est ita, nec tantum ut quidam somniant, quia uideatur esse, idcirco est. Adiuncta etiam cum speciebus necessario coniunguntur: ut, Episcopus timeat De

um, sedulo doceat, amet concordiam in ecclesia, diligenter uisitet eas: liberalis est in gratia, laudatur, amatur, non grauate dat beneficium: tutor reddat ratione tutelae administratae: paterfamilias honeste erudiat liberos, sit familiae exemplum pietatis, sit frugis, deuitet ocium. Quartum, testimonia non fallentia, desumpta ex caelesti doctrina, quam philosophia non cognouit, unde ueritas indubitata colligitur: ut, Mortui resurgent, ecclesia Christi durabit ad finem mundi, impij aeternis poenis afficientur, piij coronabuntur corona gloriae. Haec sunt genera uerarum propositionum, in quibus omnibus oratio cum rebus consentit, et ex quibus argumentationes uerae, imo demonstrationes conficiuntur. in quibus etiam uides ipsa praedicata uere et recte de suis subiectis dici.

Addam ea quae secundum opinionem insunt subiectis, uel etiam probabiliter: Aristoteles ait dogmatum. Plerique intelligunt ea quae quidem per se uera non sunt, sed tamen nonnullis qui nouis opinionibus ludunt, uidentur esse. Et si uerum non nisi uno modo uerum est, semper tamen de eo ociosa et curiosa ingenia saepe multas opiniones diuulgant. Verum est, Deum esse conditorem et conseruatorem mundi, Deum esse iustum, grauiter succensere hominibus sceleratis: Epicurei tamen impudenter adimunt Deo curam huius mundi, et defensionem insontium. Vera est sententia, Animae hominum immortales sunt: Epicurei tamen fingunt, animas hominum interire cum corporibus: negant stellas esse corpora durabilia et perpetua, sed quotidie novos balitus efferri, uocantur

60 RATIO INVENIENDI

cendi, & deflagrare. In plerasq; doctrinas multæ
 absurda opinioniones inuaserunt: ut Stoicorum secta
 asserit, omnes affectus esse malos, affectus esse opi-
 niones, & ex natura tolli posse, quod est falsum.
 quàm enim adhæreant omnibus ἁπασὶν φύσιναι, intel-
 ligunt omnes sani. Agnoscimus ex scriptis auto-
 rû, quàm uarijs, horrendis, et pugnantibus errori-
 bus tota fermè uetustas luserit: de quibus, qui uult, le-
 gat Physicos libros Aristotelis, & Plutarchi opu-
 sculum de placitis philosophorum. Nec desunt no-
 stra ætate multi furiosarum opinionum authores,
 quæ certè hoc sunt deteriores commentis philoso-
 phorum, quòd per eas Satan euangelij I E S V
 CHRISTI lucem exortam tarquam nebulis ob-
 scurare conatur. Quid enim est magis impium &
 blasphemum, quàm inculcare pòpulo talia dogma-
 ta, Homines sua dignitate & meritis iratum pæ-
 trem æternum sibi placare. Monachos, si regu-
 lam ordinis sui seruent, mereri uitam æternam, quæ
 debeat his operibus ab hominibus excogitatis? In-
 reuatis non esse peccatum? Missas prodesse uiuis
 & mortuis? Sanctos inuocandos? Matrimonium
 esse uitæ genus non perinde acceptum Deo, atque
 sit Monastica uita? Et quæ sunt anabaptistarum,
 de communionem bonorum omnium inter Christia-
 nos, de non iurando, & alia id genus pestilentissima
 mala, & stantæ fugati foetores atq; stercora.

Not autem odiose repugno hic, tales proposi-
 tione intelligi posse: ego tamen censeo, Aristote-
 ley omnes probabiles rationes intelligere, unde pro-
 bables

MEDII TERMINI. 61

probabiles propositiones efficiantur. Aut enim quod propositū est, rationibus necessario ueris, aut probabilibus & contingentibus confirmari solet. Et quia Arist. medios terminos inquirat, rectè quosdā uerè, quosdam uerisimiliter, rem consequi, & de ea dici asserit. Pleraque autem propositiones quæ in controuersiam uocantur, dubiæ sunt: ideo ipsarum confirmationes seu causæ plures sunt probabiles, quàm necessario ueræ: quales sumuntur ex locis personarum, et ex accidentibus communiter contingentibus, ex signis, circumstantijs, & alijs locis externis. ut si dicas, Crassus est superbus, quia diues: Antonius est insolentior factus, quia in duobus bellis ciuilibus uicit: Sanga est impius, quia miles: Ulysses occidit Aiace, quia inimicus illi fuit: Doctus est, quia Athenis natus: Fortis est, quia Germanus: Bibulus est, quia Saxo: Ingeniosa est ad fallacias excogitandas, quia foemina: Adolescens est bonæ naturæ, quia honesto & liberali patre natus est: Furtum comisit, quia pauper est: Corruptit literas, quia quæstuosam manum habet in tales res: Nero miserè peribit, quia tyrannus est: Hæc ciuitas in magna mala incidet, quia caret disciplina et moribus: Amauit uirum uxor, quia dolet eius mortem. Probabilia sanè argumenta plurima sunt, & ex omnibus locis exterioribus desumpta huc adferri possunt. aliquid enim probant, conclusionem probabilem faciunt, & facile eam gignunt.

Idcirco Aristoteles sub finem huius regulæ uim & usum utriusque generis argumentorum pulchrè declarat.

62 RATIO INVENIENDI

declarat. ait, ὅσω μέρ γὰρ αὐτῶν πλείονων, τοιούτων ἐν
 πορῆ τὴν θάττον ἐντείνετα συμπεράσματι: Quo e-
 nim quis plura habuerit probabilia argumenta, hoc
 citius conficiet conclusionem. Et ut facile tales ra-
 tiones se nobis offerunt, ita multum profunt ad subi-
 cō aliquid concludendum probabiliter, non autē ne-
 cessariō. Addit postea, ὅσω δὲ αὐτῶν ἀληθεστέρων, μάλ-
 λον ἀποδείξει: quo autem quis attulerit plura uerio-
 ra, hoc magis demonstrabit. Patet ergo hinc, ip-
 sum de his quæ uerè et necessariō rem sequuntur
 sentire. ex ipsis enim demonstraciones cōficiūtur: ut,
 Homo potest discere et docere, quia mentis intelli-
 gentia præditus est: Honestæ actio est finis homi-
 nis, quia propriissima est eius actio, in qua acquie-
 scit, secundum Aristotelem: Furta sunt puniendæ,
 quia conturbant societatem ciuilem: Angeli non ha-
 bent carnem et ossa, quia sunt spiritus: Hac hora
 est eclipsis solis, quia est diametralis interpositio
 lunæ inter corpus solis et oculos nostros: ἡ σοφία φε-
 ρετὴν est res bona, quia est affectus à Deo in natu-
 ra hominis conditus. Sed adferat hic, qui uolet, plu-
 ra exempla. passim enim multa sunt omnibus obuia.
 Pergo ad sequentem canonem.

IIII REGULA.

Eligenda sunt ea, quæ non unum ali-
 quid, sed quæ totam rem sequuntur.
 Nam ex uniuersalibus propositioni-
 bus fit syllogismus. Si enim indefinita
 est propositio, incertū est, num sit uni-
 uersalis:

uerfalis: si autem finita est, res est clara.

Consequentium magna est uarietas. Quaedam enim in singulis tantum ac certis subiectis insunt, quaedam in nonnullis: quaedam uero in toto subiecto, et omnibus quae sub eo, ut certa specie, continentur. Hinc ea diuersitas efficit propositionum inde factarum diuersitatem. Fiunt enim singulares, in quibus de certo indiuiduo aliquid dicitur: ut, Christus est Deus, Porphyrius est apostata, Lucianus est à canibus dilaceratus, Argos est canis Ulyssis. Fiunt particulares, in quibus praedicati fit asseueratio de nonnullis: ut, Quidam principes fauent euangelio, Quidam Episcopi sunt docti, Quidam homines sunt pii. Fiunt uniuersales, in quibus consequens de toto uel uniuerso subiecto dicitur: Omnis apostata est persecutor sui ordinis, Omnis homo est peccator, Omne regnum in se diuisum desolabitur. Haec autem propositionum uarietas est secundum quantitatem, quam signa ipsis subiectis adiuncta facile indicant. Aristoteles autem monet, in hac consequentium uarietate, quae maxime conueniunt syllogismis formandis, seu quae sint omnium optima media, nimirum ea quae non de uno aliquo, uel nonnullis, sed quae de toto subiecto uniuersaliter dicantur. Eligendi ergo tales medij termini sunt, qui uniuersaliter aliquid sequuntur, ut qui non unum hominem, sed omnem, ut ipse declarat. ut sapere, bonum esse, prudentem esse, quosdam homines sequitur, non omnes: ac animal esse, ratione praeditum esse, posse loqui, posse erecto capite incedere, omnem hominem sequitur. Sicut omnem angelum sequitur Spiritus. Hoc sane faciunt genera

64 RATIO INVENIENDI

nera, propria, specifica & differentia: at accidentia raro sequuntur omne subiectum. Est quidem omnis angelus spiritus, at non omnis bonus est: Est omnis homo animal, at non omnis est formosus, probus: Omnis homo est conditus ad colendum Deum, at non omnis homo colit Deum. Idcirco ea consequentia pro medijs terminis debent constitui, quæ ut omnia ac toti speciei adhærent, ut genera, differentia specifica, propria, proprii effectus: ita uniuersaliter de illis dicuntur, & propositiones uniuersales efficiunt. Syllogismi autem omnes ex uniuersalibus propositionibus conficiuntur. Quæ est ratio, cur hic Aristoteles requirat huius generis medios terminos. Nam syllogismus semper ratiocinatur, & colligit conclusionem ex præmissis uniuersalibus, maximè in prima & secunda figura, in quibus necesse est maiorem semper esse uniuersalem, minorem uerò nunc uniuersalem, nunc particularem: ut, *Omne legitimum bellum est licitum, Quia omne iustum opus magistratus est licitum, Quia omnis publica iniurie illatæ depulsio est licita. Nemo homo ius habet seipsum occidendi, Quia omnis homo est Dei quasi mæcipium, & quia nemo habet ius iniussu Dei dominantis emittendi animum ex hac corporis custodia, ut ratiocinatur Plato in Phædone.*

Porro, ut nota sit certa quantitas, in qua prædicatum applicetur subiecto, monet Aristoteles, ut signum quod est nota quantitatis, & Græcis πρῶτος ἀλογισμὸς, adijciatur subiecto, ne propositio sit tantum indefinita. Nam si propositio est ἀλόγιστος, incertum

MEDII TERMINI. 65

incertum est num sit uniuersalis. Indefinita enim potest quoque particularis esse, ut ex hoc loco est colligere. addito autem signo uniuersali, nihil quicquam dubitari potest de quantitate. Ac licet non potest negari, indefinitam propositionem plerumque significare certam ideam seu speciem uniuersam: ut, *Anima hominis est immortalis, Eloquentia est facultas sapienter & perspicue dicendi, Fames est optimum condimentum*: tamen interdum quoque particulariter tantum accipitur. ut cum dico, *Cretenses sunt mendaces, Carthaginenses sunt foedi fragi*. *Esset enim absurdum & falsum, haec praedicata ad omnes referre, cum reuera tantum de nonnullis dicantur.*

V REGULA.

Eadem de causa eligantur antecedentia, quae tota ipsum consequens sequitur.

Haec regula potest coniungi cum praecedente. ut enim in illa docuit de consequentibus, quae uniuerso subiecto insunt: ita nunc probat antecedentia ea, quae tota praecedunt aliquam conclusionis partem, quae ipsis uniuersaliter inest. ut, Homo praecedit animal: animal non alicui, sed omni homini inest: Metallum omni auro, finis honestus omni uirtuti, audire uerbum Dei omni Christiano: Si quaeras, an Paulus debeat docere uerbum Dei? sumo medium, quod uniuersaliter praecedit praedicatum questionis, Quia omnis apostolus Iesu Christi debet docere uerbum Dei, Paulus est apostolus Iesu

E Iesu

66 RATIO INVENIENDI

Iesu Christi, Ergo Paulus debet docere uerbum Dei. Quæro, sit né matrimonium status uitæ bonus? Respondeo, esse: Quia omnis status à Deo ordinatus, est bonus: Matrimonium est status à Deo ordinatus, Ergo est bonus. Huius autem regulæ ratio patet ex priori, Quia ad syllogismorum constitutionem propositiones uniuersales requiruntur.

VI REGULA.

Ipsam consequens non totum, sed simpliciter sumatur sequi subiectum: ut hominem omne animal, aut musicam omnem scientiam. Alterum enim inutile est & impossibile: ut, omnis homo est omne animal, iustitia est omne bonum. Nam de subiecto toto, ipsam consequens dicitur.

Poterat in dubium uocari, si consequens de toto seu uniuerso subiecto dicatur (ut hactenus est dictum) num ipsi consequenti seu prædicato, an uero utriusque signum uniuersale apponi debeat. Huic dubitationi occurrit, et docet ipsum prædicatum simpliciter, & sine signo debere sequi subiectum, aut de eo dici. Nō enim τὸ ἐπὶ παντός debet ὅλον, ἀλλ' ἀπλῶς ἀνολοῦσθαι: hoc est, non totum, sed simpliciter, quod est, citra signum. Nam sic nemo dixerit, Homo est omne animal, Musica est omnis scientia. Addit quoque alterum impossibile esse et inutile, & intelligit signum prædicato applicatum: quod sanè falsam & impossibile prædicationem efficit: ut si dicam, omnis homo est omne animal, Iustitia est omne bonum. Constat equidem,

è quidem, nec omnem hominem esse omne animal. sunt enim & equi, canes, boues, animalia: nec iustitiã esse omne bonum, cum sint multa alia bona, quæ certè non sunt iustitia, nec iustitia sola bonum est. Rectè igitur & uerè sic pronunciamus, O. homo est animal, Iustitia est bonum. Consequens enim de subiecto eto quidem toto & omni, sed non totum, dici debet. Huius sententiæ est quoq; in libro *megi è gũnveías*, cum ait, Nullam asseuerationem ueram esse, in quã de prædicato uniuersale signum prædicatur: ut, omnis homo omne animal est. Cur autem signum potius subiecto quàm prædicato applicetur, ex hoc Aristotelis loco ratio aliqua potest peti. plures autem habent Ammonius, & reliqui interpretes, quos qui uult consulat. Non enim mihi consilium est omniã quæ sunt huius doctrinæ ad uiuum usq; resecare, sed potius præcipua capita *ἀναθέστρον ναὶ σαφέστρον* auditoribus nostris proponere.

V I I R E G V L A .

Sumpturus sequentia subiectũ, quod sub aliquo continetur, noli eligere ea quæ prædicatum eius uniuersale aut sequuntur, aut ei repugnant. ea enim in ipsis sumpta sunt. Nam quæ sequuntur animal, ea quoq; hominem: & quæ animal repugnant, ea quoq; homini. Sed sume propria speciei. Sunt enim speciei quædã propria, præter genus: cum necesse sit, diuersis speciebus propria quædam inesse,

E 2 Doceñ

Docet quoque hac regula, quæ consequentia ad probandam uel refutandam conclusionem conueniant, quæ uero minus apta sint. Ac primum quidem prohibet, ne loco mediij sumpturi aliquod subiecti consequens, constituamus ita commune & generale uocabulum, ut illud etiam sequatur prædicatum conclusionis, et de eo dicatur, aut etiam ei repugnet per negationem. Addit autem rationem, quod consequentia prædicati in utroque insint, in subiecto nimirum & prædicato, & quod repugnantia prædicato repugnent etiam subiecto. Sed hoc obscurum uideri possit, nisi exemplis, quæ lucem præceptis adferunt, illustretur. Sit exemplum quod ipse ponit: O. homo est animal. hic erras, si loco mediij sumis uocabulum animali generalius, ut corpus uiuum, uel substantia. Corpus enim uiuum, uel substantia, non potest esse ratio cur omnis homo sit animal. At mediū semper est ratio, uel uinculum, prædicatum subiecto adnectens. Medium quoque non debet sequi utrunque membrum conclusionis: sed quicquid sequitur animal essentialiter, id etiam sequitur hominem. Quia quod de superiori dicitur, hoc etiam de inferiori dici necessario solet, in uocibus cognatis. Si ergo ita argumentarer,

O. animal est corpus uiuum,

O. homo est corpus uiuum,

O. homo est animal:

inferrem quidem conclusionem propositam, at mala consequentia, quia affirmatiuus syllogismus esset in secunda figura, contra usitatam regulam consequentia

sequentiarum. Neq; hic locum haberet regula uulgaris, Quæ conueniunt in uno tertio, illa inter se quoq; conueniunt.

Neq; licebit ullo modo in prima figura efficere quod propositum fuerit, quacunq; ratione mediantale collocaueris. Nam si ita dicas, O. homo est animal, Quia omne animal est corpus uiuum: fiatq; syllogismus,

O. animal est corpus uiuum,
O. homo est animal, Igitur
O. homo est corpus uiuum:

Hic efficitur alia conclusio, non autem ea quæ proposita erat, aut si ita diceres,

O. animal est corpus uiuum,
O. homo est animal, Igitur
O. homo est animal:

collocares medium in conclusione, & nihil penitus concluderes, ut uides in hoc exemplo.

Neq; ualebit consequentia si ita colliges,

Q. Corpus uiuum est animal,
O. homo est corpus uiuum, Ergo
O. homo est animal.

Quia maior est particularis. At in prima & secunda figura oportet maiorem semper uniuersalem esse. Hæc autem maior uniuersaliter posita, uera esse non potest. ut, Omne corpus uiuum est animal.

Deinde regula eadem ualet in negatione: Quicquid remouetur à superiori, remouetur quoq; ab inferiori: Si nullum animal sine spiritu uiuere potest, sequitur, nullum quoq; hominem sine spiritu uiuere

E 3 posse:

posse: Si nulla ordinatio Dei mala est, Ergo matrimonium non est res mala.

Si autem propono thema, quod iam saepe tractatum est, O. homo est animal, & sumo medium quod repugnat praedicto, nihil quoque efficio, aut certe propositum thema non confirmo: ut si dicam, Quia nullum animal sine aere uiuere potest. haec ratio certe non est causa, probans hominem esse animal: sed aliam conclusionem gignit, nimirum, Neminem hominem sine aere uiuere posse. Quia,

N. animal sine aere uiuere potest,

O. homo est animal,

Igitur,

N. homo sine aere uiuere potest.

Si itaque medium debet esse consequens subiecti, non idem sit quoque consequens, uel repugnans praedicti. At quale medium intelligat Aristoteles quaeris, Aristoteles iubet eligi & afferri propria quae in ipso subiecto uel specie insunt, & non dicuntur de genere. Etsi in definitione proprium uel differentia sequitur genus, tamen non de genere, sed de specie, cui reuera inest, dicitur. Possunt autem multa propria facile inueniri. Nulla enim est species, quae careat proprijs quibusdam effectibus & facultatibus. ut hominis propria sunt, loqui posse, aptum esse ad numerandum, ridendum. Hinc probaturus thema hoc, O. homo est animal: sume loco medij quoddam hominis proprium. ut loqui posse, quod est hominis consequens: hac forma,

Omne quod loqui potest, animal est:

O. homo loqui potest:

Igitur

O. homo est animal.

Liceat

Licet etiam ut accipiam specificas differentias. nam & hæc quoque speciem sequuntur: ut, ratione præditum esse.

VIII REGULA.

Ad probandum uniuersale nomen inesse subiecto, noli sumere medium, quod præcedit subiectum: ut, probaturus animal inesse omni homini, noli ponere mediū homine angustius. Cum enim animal de homine dicatur, necesse est idē de his que sub homine sunt dici.

Cum uiderem Aristotelis textum in hac regula implicatiorem esse, quam ut ad uerbū perspicue reddi, uel ab adolescentibus facile intelligi posset, uisum est potius in hac regula sententiam eius, quam nuda uerba sequi. Non enim ignoro, quam se nonnulli in hoc loco præter necessitatē torqueāt. Ego autē Philoponi & Alexandri sententiā simpliciter secutus sum, relictis aliorū opinionibus. Ut autē in proxima ab hac regula docuit, per mediū terminū, si sit consequens prædicati generalis, non posse probari ipsum prædicatū inesse subiecto: ita nunc uetat, ne mediū loco sumamus aliquid quod antecedit subiectum, si uelimus probare prædicatū uniuersale inesse subiecto. ut, Probaturus omnē hominē esse animal, mediū non sit Socrates, uel Plato. Nam uox angustior subiecto, nō potest esse causa cur uniuersale genus insit speciei. Neque hinc poterit confici syllogismus in prima figura, in tertia posset, at uerò sine aliquo modo: ut,

E 4 Socrates

Socrates est animal,
 Socrates est homo, Ergo
 O. homo est animal.

Caret modo hic syllogismus, quia in tertiam figuram nulla conclusio uniuersalis cadit, idcirco non necesse erat me formare in tertia figura syllogismum, inspecta statim thematis quantitate.

Additur aut ratio malae consequentiae. Nam quod hominem antecedit, idem antecedit etiam animal, quod essentialiter de homine dicitur. Quod autem hac ratione utrunque praecedat, non est causa cur praedicatum dicatur suae speciei, uel ipsi subiecto inesse. Vide autem qualis syllogismus in prima figura fieret,

Socrates est animal,
 O. homo est Socrates, Igitur
 O. homo est animal.

Maiores est singularis, contra regulam syllogisticam. Minor est plane falsa: totaque ergo consequentia recte negari debet, licet conclusio sit uera.

Recensebo autem uerba Aristotelis, ut adolentes ipsi cognoscant, ea subobscura esse. ait ita, ὅτι τῷ καθόλου ἐκλενέον, οἷς ἐπεταὶ τὸ περιοχόμενον, οἷον ζῶον, οἷς ἐπεταὶ ἄνθρωπος. ἀνάγκη μὲν γὰρ, εἰ ἄνθρωπῳ ἀπολαθῆ τὸ ζῶον, καὶ τῆτοις ἀπασι ἀπολαθῆν. οἰκειότερα δὲ ταῦτα τῆς τῆς ἀνθρώπου ἐκλογῆς. hoc est:

Neque uniuersali eligenda sunt ea quae sequitur ipsum quod continetur, ut animali ea quae sequitur homo. id est, ad probandum uniuersale praedicatum, ut animal, inesse subiecto, non sunt adferenda media, quae

quæ præcedunt natura subiectum: ut, hominem præcedit Socrates. Subiectum uocat τὸ περιεχόμενον, quod continetur nimirum sub generali prædicato: idq; subiectum, ut homo, sequitur sua indiuidua. Ad datur ratio, necesse est enim, si hominem sequitur animal, idem sequi omnia quæ sub homine posita sunt, ut indiuidua, quæ tamen magis propriè ad hominem quàm animal eliguntur.

IX REGULA.

Inuenienda sunt quoq; antecedentia & consequentia, ex rebus quæ plerunq; eueniunt. Syllogismus enim talia habet problemata, si ipse constat ex propositionibus uel omnibus, uel quibusdam, quæ sunt rerum ut plurimum contingentium. Nam cuiuslibet syllogismi conclusio similis est propositionibus præmissis.

Doctrina de inuentione mediij, non tantum seruit demonstratiuis syllogismis, sed etiam dialecticis. Non enim omnes rationes semper necessariò coherent cum membris conclusionis, sed interdum tantùm probabiliter: nec semper necessariò connectunt prædicatum cum subiecto conclusionis. Quis enim nescit, in omnem ferè sermonem cadere plura probabilia quæ certis tantum coniecturis nituntur, quàm necessariò uera? Nec ignoratur, res dubias & incertas potissimum in controuersiam uocari solere. Est autem facilis hæc regula illi, qui materialium

E s diuer

diuersitatem intelligit atq; obseruat. docet enim, licere quoq; ut nunc sumas antecedentia, nunc consequentia media, quæ tantum contingenter & probabiliter conclusionis membra antecedunt uel sequuntur, eaq; uocat τὰ ὡς ἐπιπολὺ ἐπόμενα, καὶ οἷς ἐπεταί. Hæc enim, ut & supra dictum & exemplis declaratum est, facile multas gignunt conclusiones, licet non perinde firmas atq; sunt ἀποδείξεις. Rhetores sanè plura habent σοχασμὰ, quàm ἀποδείξεις, quibus etiam hæc dialecticæ præceptiones nonnihil conducunt. Si itaq; medius terminus contingens est, & applicatur membris problematis, fiunt propositiones contingentes, indeq; conclusio probabilis efficitur. Ideo ait ipse, Si utraq; propositio syllogismi, uel alterutra est contingens, seu rerum communiter accidentium, problema ipsum quoq; contingens fore. Sæpe enim utraq; præmissarum est probabilis, sæpius tamen alterutra, in primis uerò minor. Nam maior plerunq; uera esse solet. Conclusio autem ipsa similis est principijs suis, nempe propositionibus præmissis, quas Aristoteles ἀρχαὶς uocat: sicut conclusionem nunc πρόβλημα, nunc συμπέρασμα. Exempla quædam supra retuli, & multa sunt passim omnibus obuia. Nam omnia argumenta ex locis personarum deprompta, sunt coniecturabilia. Ideo Rhetores ipsis utuntur in statu coniecturali: ut, Probabile est illum ab eo esse occisum, qui ei inimicus fuit: Aiacis inimicus Vlysses fuit: ergo probabile, Aiacem ab Vlyssese occisum esse.

Non

Non est uiri fortis seipsum occidere,
 Ajax fuit uir fortis, Ergo
 Ajax seipsum non occidit.

Solon Athenis natus est, ergo est homo doctus
 & bene moratus.

Ciceronis filius doctos audiuit philosophos, Ergo
 ipse est quoque bonus philosophus.

Cato in Stoica disciplina est uersatus, Ergo mo-
 rosior & seuerior est factus.

Credibile est illum qui me salutatur humaniter mi-
 hi ex animo bene uelle: Phannias me salutatur hu-
 maniter: Ergo, Credibile est Phanniam mi-
 hi ex animo bene uelle.

Sed notiora sunt haec exempla quae ducuntur ex
 communiter accidentibus, ut uerear ne prolixa com-
 memoracione eorum studiosis sim molestus. Pergo
 ad ultimam regulam huius capituli.

X REGULA.

Quae omnia sequuntur, non sunt eli-
 genda: ex ipsis enim non erit syllogis-
 mus. Qua autem de causa id fiat, ex
 his quae sequuntur erit perspicuum.

Medius terminus non sit simul subiecti & praed-
 icati consequens, uel non sit praedicatum adfirma-
 tiuum in utraque praemissarum. Nihil enim effici-
 tur bona consequentia ex adfirmatiuis propositio-
 nibus in secunda figura. Eaque argumenta uiciosam
 formam habent, & infra ad ἀόριστα referuntur, ut,
 Impij affligentur,

Ioannes

*Ioannes baptista affligitur, Ergo
Ioannes baptista est impius.*

*Liberalitas est uirtus,
Iustitia est uirtus, Ergo
Iustitia est liberalitas.*

*Qua autem de causa syllogismi affirmatiui in se-
cunda figura non ualeant, paulo post explicabit
ipse Aristoteles.*

*Debet quoque ita regula intelligi, Media non
sint omnium consequentia: id est, non sint transcen-
dentia. ea enim semper omnia transcendunt & se-
quuntur, ut ens, ideo nihil inde sequitur. ut,*

O. Canis est ens,

O. Virtus est ens,

O. Virtus est canis.

*Hæcque sententia uidetur potissimum quaerenda
esse in hac regula, ubi agitur de mediolorum termino-
rum delectu.*

CAPVT III.

REGVLA PRIMA, DE VNI-
uersali adfirmatiuo.

*Volentibus igitur fabricari syllogis-
mum de aliquo toto, respiciendum est
ad ea quæ præcedunt prædicatum, & se-
quuntur subiectum propositionis, ex
qua syllogismus construatur. Si enim a-
liquid horum idem fuerit, necesse est al-
terum alteri inesse,*

In

IN decem illis, quæ hæcenus traditæ & explicatæ sunt, regulis, docuit Aristoteles, quales mediij termini cuilibet problemati probando uel refutando maximè sint conuenientes, & qua uia simul multi tales haberi & comparari possint, quæ singulorum sit natura & uis, & quomodo delectus eorum prudenter sit habendus. Nunc autem, quod in genere hæcenus docuit, in specie explicare incipit, & uerum usum totius doctrinæ nobis ob oculos ponit. Et quia uariæ sunt propositiones in quantitate & qualitate, nec omnes eodem modo & ratione comprobari possunt, idcirco quatuor regulis declarat, cui propositioni quæ & qualia media accommodari atq; adhiberi debeant. Est ergo prudentia & diligentia opus, ut studiosus uideat quale medium ad quam propositionem quadret: cui rei multum prodest atq; conducit præsens hæc regularum traditio atq; distinctio. Quatuor sunt genera propositionum Categoricarum, in quibus confirmandis, uel refutandis, dialecticus uersari solet. Sunt enim duæ uniuersales, quarum altera est affirmatiua, altera negatiua: duæ sunt particulares, quarum altera affirmatiua, altera uerò negatiua est. harum aliquam formam induit omne problema categoricum. Nunc enim quæstio illa quæ in dubium uenit, est uniuersalis affirmatiua: ut, *Omne humanum corpus constat ex quatuor humoribus.* Nunc uniuersalis negatiua, *Nullum humanum corpus constat ex uno tantum humore,* *Nemo furiosus potest condere testamentum.* Nunc est particularis affirmatiua: ut, *Quæ-*
dam

dam traditiones humanae sunt impij cultus, Q. homines uoluptatem summi boni loco ducunt. Nunc particularis negatiua: ut, Quidam morbi non sunt lethales. Ex diuersis his propositionibus diuersi quoque syllogismi conficiuntur, in qualitate & quantitate uariantes. Primum problema est uniuersale affirmatiuum, ex quo syllogismus eiusdem quantitatatis & qualitatis in prima tantum figura hac extrahitur ratione, quam haec prima Aristotelis regula continet. Docet enim ea, quale medium uniuersali themati confirmando sit aptum. Principio autem, ut iam saepe monui, problematis cuiusque membra sunt obseruanda & inspicienda, cognita simul ipsius quantitate & qualitate. Sunt autem membra, subiectum & praedicatum. Deinde quaerendum uocabulum tertium, quod sit causa & ratio cur toti uel uniuerso subiecto ipsum praedicatum per asseuerationem tribuatur. Illud uero uocabulum debet uere esse medium & uinculum conclusionis, cuius hic situs et respectus sit, sit illud antecedens praedicati, & consequens subiecti conclusionis. Sic autem Aristoteles ait: uolens κατασκευάζειν, id est fabricari syllogismum, κατὰ τινὸς ὅλης, de aliquo toto, hoc est, de propositione uniuersali affirmatiua, eligat medium quod antecedit praedicatum, & sequitur subiectum thematis propositi, si nimirum illis applicetur, indeque propositiones fiant. addit autem Aristoteles, τὸ μὲν κατασκευάζομεν, βλέπτεον εἰς τὰ ὑποκείμενα, καθ' ὧν αὐτὸ τυγχάνει λεγόμενον. id est, Respicendum est ad subiecta, seu antecedentia, illius quod construitur, id est, praedicati,

dicati, de quibus ipsum prædicatum dicitur. Et, οὐδὲ δὲ δὲι νατρυορείδαι ὅσα τὸ τῷ ἐπεταί: id est, & uidentum est ad ea quæ sequuntur id, de quo oportet dici, scilicet subiectū. Declaro rem exemplis usitatis. Sit problema, O. homo est substantia. sit medius terminus, ut ratio: Quia animal. hic animal dicitur de homine, seu ipsum sequitur, & subiacet substantiæ seu antecedit, ut ex connexione apparet. dico enim,

O. animal est substantia,

O. homo est animal,

O homo est substantia

Ergo

animal

Homo

Substantia.

ALIVD.

O. homo opus habet nutrimento: Quia uiuit.

Structura primæ figuræ nota est. Nam in ea medium est in maiore subiectum, in minore prædicatum, quod etiam nostra sibi uult regula.

In hac argumentandi ratione locum habet principium illud canonicum, τὸ νατὰ πάντος νατρυορείδαι, quia subiectum minoris uerè includitur in toto subiecto maioris: & quod de maioris subiecto dicitur, idē tribuitur his quæ sub eo continentur. Valet enim consequentia, à toto genere ad speciem progrediēs. Si quicquid uiuit, nutrimento opus habet, & O. homo uiuit, Ergo O. homo nutrimento opus habet.

In fine regulæ addita est consequentiæ ratio generalis. ait enim: Si horum aliquid, hoc est, medium inuentum, idem fuerit, nimirum utriq; conclusionis membro

80 RATIO INVENIENDI

membro conuenerit, & rectè associatum fuerit uni-
uersaliter, necessario ipsa membra inter se coniun-
gentur. ut si, O. honestum bonum est amandum, O.
uirtus est honestum bonum, Ergo omnis uirtus est
amanda.

Porro licet hæc regula agat principaliter de
efficiendo syllogismo uniuersali adfirmatiuo in pri-
ma figura, potest tamen referri quoq; ad particula-
rem adfirmatiuum in eadem figura. Quod enim dici-
tur de communiore & genere, idem potest quoq; di-
ci de angustiore & specie, uel indiuiduo. Idcirco
non fuit necesse, peculiarem regulam de particulari
huius figurae tradi. ut,

Bar O. perturbator publicæ tranquillitatis est
puniendus,

ba O. insidiator est perturbator publicæ tran-
quillitatis,

ra O. insidiator est puniendus.

Da O. insidiator est puniendus,

ri Q. Catilina est insidiator, Igitur

i Q. Catilina est puniendus.

Est ut uides eadem collocatio & dispositio me-
dij in particulari, quæ est in uniuersali syllogismo.
ideo ad eandem regulam non incommode referun-
tur. Verum infra plura exempla ponam: hæc mo-
do sufficiant.

REGVLA II. DE PAR-
ticulari adfirmatiuo.

Formaturus syllogismum ex proble-
mate,

mate, in quo non aliquid omni, sed alicui inest, quære medium quod est antecedens utriusque membri conclusionis. Si enim aliquid horum idem fuerit, necesse erit id alicui inesse.

Aristoteles in hac regula est admodum brevis. sunt enim eius uerba; ἢ ὅτι μὴ ὅτι παντί, ἀλλ' ὅτι τινί, οἷς ἐπεταί ἐνάτηρον. hoc est, ut ad uerbum latinæ faciam: Si uerò non quòd omni, sed quòd alicui, quæ sequitur utrunque. Vt autem facilius sententiam auctoris assequerentur adolescentes, malui regulam paulo notioribus & planioribus uerbis ponere, non tamen eos ne latum quidem, ut dicitur, culmum ab Aristotelis doctrina auocare. Est autem hæc regula secunda, & æquè necessaria, atque prior. docet enim, quomodo propositum thema particulare affirmatiuum in tertia figura concludi & confirmari debeat. Prima quidem figura facilior & firmitior est, & magis ad naturalem ordinem atque consecutionem concludit, tertia autem figura medium terminum arte potius & ingenio quam natura inquirat. Est tamen non inutilis. quàm enim multæ graues res in eam ratiocinandi formam cadant, nouerunt omnes qui mediocri studio & attentione in bonorum aucthorum lectione uersantur. Traditur singularis canon de conficiendis particularibus syllogismis in tertia figura. Nam particulares primæ figuræ ad primam regulam referuntur, & sub uniuersalibus rectè continentur. In tertia figura tantum sunt conclusiones

F clusiones

82 RATIO INVENIENDI

clusiones particulares, de quarum adfirmatiuis hic docetur. Est etiam hæc quarundam propositionum natura, ut sæpe magis perspicue in secundam vel tertiam quam primam concludantur. Est autem hæc regulæ sententia: Si problema particulare adfirmatiuum tibi proponetur, tuq; illud ad tertie figuræ consequentiam sis probaturus, quære mediū terminum, qui subiectum & prædicatum eius problematis præcedat, & syllogismum bonum conficies. ut, probaturus quoddam animal esse ratione præditum, sume hominem loco medij:

Da Quia omnis homo est ratione præditus,
 rap O. homo est animal, Igitur
 ti Q. animal est ratione præditum.

Vides hic, hominem utrunq; terminum præcedere. quis enim nescit, semper prædicatum conclusionis facere maiorem terminum, subiectum uero minorem?

O. homo est	{	ratione præditus,	
	{	animal,	Quoddã animal est
			ratione præditum.

Valeat consequentia à specie ad genus. Quod enim speciei inest, hoc etiam generi particulariter posito necessario inest.

Di Ius naturæ permittit ut uim ui repellamus,
 sa Ius naturæ est ius diuinum, Igitur
 mis Ius diuinum permittit ut uim ui repellamus.

Da O. ueri philosophi pluris faciunt ueritatem
 quam amicitiam hominum,
 ti Q. ueri philosophi sunt Ethici,
 si Q. Ethici philosophi pluris faciunt ueritatem
 quam amicitiam hominum.

MEDII TERMINI. 83
III REGULA DE NEGATI-
uiuis uniuersalibus.

Si prædicatum problematis nulli in-
esse debet, respiciendū est ad ea quæ se-
quuntur id cui non oportet inesse (*subie-*
ctum) & ad ea quæ non solent inesse (*id*
est, quæ repugnant) illi, quod non inesse de-
bet (*prædicato.*) Aut contrā, respiciendū
est ad ea quæ nō solent inesse illi, cui nō
oportet inesse (*id est, repugnant subiecto*) &
ad consequentia illud, quod non inesse
debet (*prædicatum*). Cum enim hæc utrali
bet eadem sint, nulli alteri contingit al-
terum inesse: fitq; syllogismus nunc in
prima, nunc in media figurā.

Coniungimus hic duas regulas, quæ docent qua-
lia media quadrent ad syllogismos uniuersales negati-
uiuos, in utraq; priori figura (*nam in tertia nullus*
est uniuersalis) conficiendos. Et ut in præcedenti-
bus regulis de uniuersalibus & particularibus ad-
firmatiuis actum est, ita nunc iusto ordine de negati-
uiuis utriusq; quantitatis agendum. Sunt enim ad-
firmatiui digniores negatiuis, & uniuersales præ-
stantiores particularibus. Ideo hæc ordinis ratio
plana atq; perspicua est.

Porro si constitui aliquod negatiuum the-
ma argumentando refutare, quod Aristoteles
his uerbis significat, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀληθὴς ἡ ἀρχὴ.

84 RATIO INVENIENDI

hoc est, si uoles probare, quod prædicatum nulli in-
sit, & toti subiecto per negationem illud adimere, hac
uia, ratio seu τὸ μέσον conueniens est quaerendum.

Proposita propositione ea, ut in prima figura for-
mes syllogismum, nimirum in Celarët, sume aliquod
uocabulum, quod sequitur thematis subiectum, uel is-
pso generalius est, uel de eo dicitur, & quod repu-
gnat, seu contrarium est eius prædicato, duas προ-
τάσεις habebis confectas. Problema uulgare est,

Quia animal

N. homo, | est | lapis

Animal est medius terminus, sequitur hominem, &
repugnat lapidi, hoc modo,

Ce N. animal est lapis,

la O. homo est animal,

Igitur

erit N. homo est lapis

N. adorans imagines manufactas est Christianus:

O. idololatra adorat imagines manufactas: Ergo

N. idololatra est Christianus.

Cum autem dicat Aristoteles, ὃ μὲν δὲ θεῖ ὑπάρχει
καὶ εἰς τὰ ἐπιόμενα, id est, ad ea quæ sequuntur id cui
non oportet inesse, intelligit subiectum problema-
tis. nam subiectum est, de quo quidem aliquid dicitur,
τὸ περὶ δὲ κατ' ἁπορίαι, nempe prædicatum, in adfir-
matiuis. Verum in negatiuis conclusionibus, est id
cui non necesse est prædicatum inesse, quia illud ei
per negationem adimitur. Deinde ait, ὃ δὲ θεῖ μὴ
ὑπάρχει, εἰς δὲ μὴ ἐνδέχεται αὐτῷ παρῆναι: hoc est,
Ad ea uidentur, quæ non solent adesse illi, quod non
oportet inesse & intelligit repugnantia prædicat-

20:ca

to: ea enim illi repugnant, seu nō solent adesse, quod negatur de subiecto suo. ut in priori exemplo, *Lapis non est homo*: ubi lapis non inest homini subiecto. *Animal non est lapis*: ubi animal repugnat lapidi, hominis prædicato.

Porro ad eandem rationem potest quoque conformari syllogismus uniuersalis negatiuus in Cesare, secunde figuræ. Nam in eo modo medium inuentum quoque repugnat prædicato, & sequitur subiectum conclusionis. Et hoc tantum uariat à Celarent, quod medium est prædicatum in utraq; præmissarum, pro communi ipsius figuræ dispositione. ut,

Ce N. Christianus adorat imagines manufactas,
 sa O. idololatra adorat imagines manufactas,

Igitur

re N. idololatra est Christianus.

Altera regula est prior conuersa, & tantum de faciendo syllogismo in Camestres medie figuræ præcipit, ubi sic docet Aristoteles, ὃ δὲ μὴ ἀρχεῖν, ἀ μὴ ἐνδέχεται αὐτῷ παρῆναι: hoc est, Respiciendum est ad ea quæ non solent adesse illi, cui non oportet inesse, id est, quæ repugnant subiecto, de quo prædicatum negatur. ὃ δὲ μὴ ἀρχεῖν, εἰς τὰ ἐπόμενα: & ad sequentia, id quod inesse debet: hoc est, consequentia prædicati, quod in conclusione non inest subiecto. Sit quæ exemplum: N. idolum est uerus Deus. Medium sit, Quia uiuit: uiuere sequitur prædicatum, uerum Deum: & contrarium est subiecto, idolo.

Ca O. uerus Deus uiuit,
 mes N. idolum uiuit, Ergo
 tres N. idolum est uerus Deus.

O. electus Dei uerè credit in Christum,
 N. Pharisæi uerè credunt in Christum, Ergo
 N. Pharisæi sunt electi Dei.

Quemadmodum supra traditum est, particula-
 res adfirmatiuos posse sub suis uniuersalibus contineri: ita nunc idem præcipiendum est de particula-
 ribus quibusdam negatiuis. Nam & ij quoq; sequun-
 tur structuram uniuersalium syllogismorum, sub
 quibus continentur. ut sub Celarent, modus Ferio,
 in quo eadem collocatio mediij, & respectus ad mem-
 bra conclusionis seruetur, mutata tantum quantita-
 te minoris & conclusionis. ut,

Fe N. homo est lapis,
 ri Q. Phineus est homo, Igitur
 o Q. Phineus non est lapis

Nihil quod intrat per os, impurum reddit hominẽ:
 Caro qua uescimur in dieb. ueneris, intrat per os:

Ergo

Caro qua uescimur, impurum non reddit hominem.

Quod in otioso potest esse, non est summum bonum:

Virtus in ocioso potest esse, Igitur

Virtus non est summum bonum.

Non est aliena ratio conficiendi syllogismum
 in Festino, ab ea qua de syllogismo in Cesare in hac
 eadem regula est exposita. Nihil enim differunt in
 mediij dispositione & ordine. ut,

Fes-

Fe. Nihil corruptibile æternas notitias habet,
sti. Mens hominis æternas habet notitias, Igi-
no. Mens hominis non est corruptibilis. (tur

Sub Camestres modo continetur quoq; Baro-
 co, eadem de causa quam sæpe dixi, ideo syllogismi in
 Baroco huc quoq; referuntur. ut,

Ba Summum bonum est solius hominis,
ro Voluptas non est solius hominis, Ergo
co Voluptas non est summum bonum.

Vides hoc loco, medium solius hominis consequi
 prædicatum, & repugnare subiecto conclusionis in
 præmissis, quod idem fieri solet in syllogismo qui in
 Camestres formatus est.

Ratio applicata regulis est quoq; facilis. Si en-
 nim medium inuentum ita se habet erga partes pro-
 blematis, ut in utraque regula est dictum, & exem-
 plis declaratum, necessario prædicatum nulli subie-
 cto inest, uel de toto subiecto negatur.

IIII REGULA DE PAR-
 ticularibus negatiuis.

Si prædicatum problematis alicui nõ
 inesse, uis probare, respice ad ea quæ id
 sequitur, cui non oportet inesse: & quæ
 non possunt illi inesse, quod nõ oportet
 inesse. Si enim horum aliquid idem
 fuerit, necesse est alicui non inesse.

Docet Aristoteles, quomodo ex particulari ne-
 gatiuo problemate in tertia figura syllogismus con-
 necatur, & quomodo debeat se habere medium in-

F 4 uentum

uentum ad membra problematis. Est autem hæc sententia regula: Refutaturus thema particulare negatiuum, accipe medij loco uocabulum quod antecedit subiectum, & repugnat prædicato conclusionis antecedendo. Sit thema, Quædam infirmitas non est damnanda. Sit medium, Vocatio iusta.

Vocatio iusta { non est damnanda,
 { habet aliquid infirmitatis.

Fe N. uocatio iusta est damnanda.

lap O. uocatio habet aliquid infirmitatis, Ergo

ton Q. infirmitas non est damnanda.

Explicabo Aristotelis uerba, ut adolescentes assuefaciant se ad authoris formas orationum, quæ oscitanti subobscuræ uideri possunt. at Aristoteles requirit lectorem industrium, & diligentem. Sic ait ipse, εὐὲν δὲ τῶν μὴ ὑπάρχουσιν. Si aliquid alicui non inesse uis probare, ὅ μὴ δὲ ὑπάρχουσιν οἷς ἐπεταί. sume quæ sequitur id cui non oportet inesse, id est, quæ præcedit subiectum, quæ ipsum subiectum sequitur, subiectum est id de quo negatur prædicatum in cōclusionē. ὅ δὲ μὴ ὑπάρχουσιν, ἀ μὴ δυνάσασθαι αὐτῶν ὑπάρχουσιν, quæ non possunt illi inesse, quod non inesse potest: id est, quæ repugnant prædicato, ideo ei non insunt: & ipsum negatur de subiecto, ideo quoque non inest ei. Ad dam alia exempla, & quidē hoc pauciora, quòd διὰ τῆς τριτῆς figuraς nemini non satis nota sit.

Fe N. libri philosophorum sunt contemnendi,

lap. O. libri philosophorum continent opiniones humanas,

ton.

ron. Q. Opiniones humanae non sunt contemnendae.

Bo Prouocatio non est prohibita,

car Prouocatio est uenire in iudicium, Ergo

do. Venire in iudicium cum aduersario non est prohibitum.

Fe N. boni uiri obsunt reipublicae,

ri Q. boni uiri interdum mentiuntur, Ergo

son. Q. Mendacia interdum non obsunt reipublicae.

Huius regulae est quoque addita ratio, sicut et superioribus. Si enim, ait, unum et idem medium fuerit tale, ut, subiectum conclusionis praecedat, et praedicato eius repugnet antecedendo, necesse erit praedicatum conclusionis alicui non inesse, ut est satis ostensum exemplis.

CAPVT IIII.

EXposui uobis, optimi auditores, regulas quatuor, in quibus, ut supra quoque memini, tota ratio collocandi et ordinandi medium terminum satis perspicue ab Aristotele tradita est, et a me qua potuit fieri fide et diligentia explicata. Ac qui eas diligenter intuentur et cognoscunt, iam totam hanc doctrinam ita facile intelligent, ut nihil amplius pro ea ab Aristotele sint postulaturi. Nec enim ferè quicquam aliud posthac traditurus est, quam quod haecenus docuit. Verum Aristoteles, excellens docendi magister, non tantum his, quibus propter ingenij felicitatem haec sufficerent, prodesse cupit; sed etiam alijs, qui (ut multi sunt) clariorem declarationem atque demonstrationem totius methodi requirunt. His enim nunc ἐπιτίμησιν totam rem ita delineabit atque demonstrabit, ut nullo negotio quilibet, nisi Corcebo sit stolidior, eam sit intellecturus. Pulchrè autem tum par

90 RATIO INVENIENDI

res problematis, tum ipsa media siue antecedāt, siue sequantur, siue repugnent, suis notis atq; literis notabit. Deinde quæ literæ, uel sub ipsis quæ res, inter se connecti & coniungi debeant, ut iusta syllogismi structura seruetur, ostendet: et more suo rem omnem, & uerbis, ut etiam hæctenus fecit, & literis tanquam notis, ob oculos nobis ponet. Verùm antequam ad ipsius διὰ γράμματα perueniamus, placet, quid sibi quælibet literæ uelint, & quomodo sub quælibet litera multæ res collocari debeant à studiosis comportatæ, exponere: ut si thema aliquod incidat tractandum, non necesse habeat dialecticus diu de inquirendis medijs uel cogitare, uel laborare. Sunt autē Aristotelis uerba, quibus ipse singulis rebus quæ ad probandum requiruntur, sua indit nomina.

Sic autem singula quæ dicuntur, magis erunt plana & perspicua.

Sint consequentia ipsum A, ea in quibus est B.

Antecedentia A, in quibus est C.

Repugnantia, seu quæ non contingit inesse A, in quibus est D.

Contrà, sint cōsequentia, seu inexistentia ipsi E, in quibus est F.

Antecedentia E, in quibus est G.

Repugnantia E, in quibus est H.

Aristoteles primum ponit duas literas, A & E. quarum A est κατηγορούμενον prædicatum, E uerò est ὑποκείμενον subiectum, ipsius problematis quod

MEDII TERMINI. 91

quod in controuersiam est allatum. Consequentia ipsum uel *A*, uel *E*, uocat ἐπόμενα, uel ὑπάρχοντα, Antecedentia autem circumloquitur, & uocat ὄπισ τὸ αὐτὸ ἐπεται. Repugnātia uocat, uel ἀλλότρια, uel ἂ μὴ ἐνδύχεται αὐτῷ ὑπάρχειν. Volo quoq; in latinis literis ponendis eundem seruare ordinem, quem ipse in græcis seruauit.

Propono autem thema Aristotelicū & peruulgatum, in quaestionis formā, Sitne uoluptas bonū.

Voluptas est *E*, subiectum: bonum est *A*, prædicatum. Hinc formo quatuor problemata, quorū aliquam formam omnis Categorica propositio induit, ex quibus quatuor syllogismorum differentiū in qualitate & quantitate genera conficiuntur.

Vniuersalis	{	Adfirmatiua, O. uoluptas est bonum.
		Negatiua, N. uoluptas est bonum.
Particularis	{	Adfirmatiua, Q. uoluptas est bonum.
		Negatiua, Q. uoluptas non est bonum.

Ad hæc propositiones uel cōfirmandas, uel refutandas, adferenda sunt uel consequentia, uel antecedentia, uel extranea utriusq; mēbri problematis, prout supra tradita, et quæ subiungetur. Subiungam hic syluā multorū taliū, ut adolescentes cogitēt hoc modo multas quaestiones expendere, qualis hæc est, An uxor sit ducenda, An aula sit fugienda, An finis hominis sit honesta actio: et aliæ ex omni genere doctrinarum, quæ in cōtrouersiam uocari possunt.

Voluptas est bonum.

A Bonum prædicatū cuius sunt	B Conse- quentia	{	<i>Vtile.</i>	<i>appetibile.</i>
			<i>eligibile.</i>	<i>cōpendiosum.</i>
				<i>prosequēdū.</i>
			<i>familiares.</i>	
	D. Repu- gnātia	{	<i>Inutile.</i>	<i>alienum.</i>
			<i>fugiendum.</i>	<i>damnosum.</i>
			<i>nocens.</i>	<i>turpe.</i>
			<i>malum.</i>	<i>imperfectum.</i>
			<i>malum adferens.</i>	
	C. Ante- cedētia	{	<i>Beatitudo.</i>	<i>uita cum uir-</i>
			<i>bona habitudo.</i>	<i>tute.</i>
			<i>sanitas.</i>	
			<i>uirtus secundum naturam.</i>	
			<i>perfectū cuius gratia.</i>	<i>τοῦ.</i>
E. Volu- ptas subie- ctum cuius sunt	F. Conse- quentia	{	<i>Motus suavis.</i>	<i>τὸ ἀνεπόχλη</i>
			<i>actio secundum.</i>	<i>τὸ αἰρετόν.</i>
				<i>naturam.</i>
			<i>ἀνεπόχλητος ἡσυχία.</i>	<i>placitum.</i>
			<i>appetibile secundū naturā.</i>	
	H. Repu- gnātia	{	<i>Morbus.</i>	<i>motus præter</i>
			<i>naturam.</i>	<i>labor. tri-</i>
			<i>stitia.</i>	<i>indigentia</i>
			<i>timor.</i>	
	G. Ante- cedētia	{	<i>Bona ualētudo.</i>	<i>uita secun-</i>
			<i>opulentia.</i>	<i>dū uirtutē.</i>
			<i>bona gloria.</i>	<i>uita labore</i>
			<i>ἐντενία</i>	<i>carens.</i>
				<i>tranquillitas.</i>
				<i>Aliud</i>


Aliud thema, Virtus est in vita necessaria.

A. Prædicatum, Necessaria in vita, cuius sunt	Consequētia	B.	Sine quo erratur in vita. Facit actiones bonas	
			Sine quo nihil recte fit.	(nas
			Sine quo nemo est beatus. Facit virum bonum	
			Sine quo homo à bruto non differt. Conseruat rempub. uat concordiam	
D Extra nea	Antecedētia	C	Res turpis	Causa mali
			Inutilis	Perdit respub.
			Non necessaria res	Non facit bonos
			Corrumpeus hominem	Sine ea (milites homo sepe uiuit
C	Antecedētia		Regula uitæ	Iustitia
			Actionis norma	liberalitas & cætera
			Ornamentum uitæ	tera
			Habitus faciens bonos.	

E Subiectum Virtus, cuius sunt	Consequētia	F	Bonum	Actio secundum
			Bonum honestum	rectam rationem
			Propter se expeditur	actio constans
			Bonus habitus	bonum secundum naturam
H Repu gnantia	Antecedētia		Res laudanda	perficiens hominem
			Vicium	Illiberale
			Inhonestum	homine indignum
			Turpe	Inutile
G Ante cedētia	Antecedētia		Iniucundum	Contra naturam
			dedecus adferens	
			Iustitia	& uirtutis cætera
		Fortitudo	Species	
		Temperantia		

Asystatos

Asystatos in secunda figura ex duabus adfirmatiuis.



Significatio literarum.

Prædicat A, B sequens, C præcedit, D sit extra,
E subit, F sequitur, G præcedit, H sit extra.

Combinatio literarum. (co,

FeCana, CaGeti, DaFenes, HeBare, GeDa
GeBali, stant, sed non stant FeBas, HeDas, &
HeCa. CAPUT V.

Regula in quibus præcedens *διὰ γράμματα* expli-
catur, & tota syllogismorum ratio consistit.

I REGULA, DE VNIVERSA-
li adfirmatiuo.

Si aliquid eorum quæ C, idem erit
cum aliquo eorum quæ F, necesse est
A omni E inesse. Namq; F omni E, A
uerò omni C. quare A omni E.

Nunc ipse Aristoteles suum *διὰ γράμματα* cer-
tis regulis perspicuè & ingeniosè explicat, docetq;
quàm uariæ & multæ sint bonæ cõiunctiones, quor
etiam uiciosæ sint syllogismorum combinationes.
Sciant autem studiosi huius artis, ualde ingeniosam
esse huius typi inuentionem, quem omnibus familia-
rissimum esse optarim, quemq; suis parietibus ut sin-
gulare quoddam emblemata, & rem uulgo ignotam,
infixum habere debeant. Vident enim in eo, qui sit
uocum situs, quæ literæ quibus lineis inter se con-
iunctæ sint, & quales connexiones efficiant. Sed
accedo ad regulæ primæ enarrationem: in qua do-
cetur, quomodo thema uniuersale adfirmatiuum
probari debeat, quale medium ei confirmando qua-
dret ut probaturus, Omne E esse A, ut omnem
uoluptatem

96 RATIO INVENIENDI

uoluptatem esse bonum, accipe medij loco uocabulum quod est C ad A, & F ad E: hoc est, quod est antecedens prædicati, & consequens subiecti conclusionis. Si enim F omni E inest, id est, consequens de subiecto toto dicitur, & A omni E, id est medium est antecedens subiecti, necessario sequitur in conclusione, A omni E inesse, id est, prædicatum de subiecto uniuersaliter adfirmari. Sit thema, O. uoluptas est bonum: quære medium terminum supra in tabula & diagrammate sub C et F collocatum, ut Appetibile secundum naturam, quod præcedit prædicatum. ut,

O. appetibile secundum naturam est bonum. sequitur uerò subiectum, ut

O. uoluptas est appetibilis, Igitur

O. uoluptas est bonum.

Valeat consequentia ex regula, dici de omni, ut supra monui.

ALIVD.

Q. Habitus bonus

Virtus | necessaria est ad uitam

O. habitus bonus necessarius est ad uitam,

O. uirtus est habitus bonus, Igitur

O. uirtus est necessaria ad uitam.

O. elementum est corpus simplex,

O. ignis est elementum, Ergo

O. ignis est corpus simplex.

Syllogismus est in Barbara, cuius dispositionem & situm medij recentiores uocabulo Fecana express-

expresserunt. quod est ex ipso diagrammate desumptum, quod ita intelligendum est. Nam hæc uox pueris facile ostendit, quale medium uniuersali comprobanda sit aptum, si modo literæ quid sibi uelint, ex prædictis intelligant. Vltima uocalis notat quantitatem & qualitatem problematis, iuxta uulgarem & tritum uersiculum,

Afferit A, negat E, stant uniuersaliter ambæ;
 Afferit I, negat O, stant particulariter ambæ;
 Est ergo hoc thema uniuersale adfirmatiuum, cuius medium est Pe, ca, nempe E ad E, consequens ad subiectum: & C ad A, antecedens ad prædicationem conclusionis, ut exemplis est declaratum.

Reuoco hoc loco iterum studiosis in memoriã quod supra monui, syllogismum in Darij particularem posse sub Barbara contineri: & cui ratio de syllogismo uniuersali eiusdem figuræ sit nota, illud non fugere posse modum formandi particularem. Idcirco Aristoteles non docuit peculiare litteras, nec peculiarem compositionem. habet enim eandem cum uniuersali, à qua tantum differt sola quantitate. nota est quoque subalternarum natura, in quibus quod de superiori dicitur, idem de inferiori bonæ consequentia dici potest. Si omne animal est creatura Dei, certè quoddam animal est creatum à Deo. Si omne animal creatum est à Deo, Et omnis uermiculus est animal, Ergo omnis uermiculus creatus est à Deo. Et quidam uermiculus est animal, Ergo quidam uermiculus est à Deo creatus. Si omnis eruca est uermiculus, Ergo quædam eruca est

G . . . uermiculus

uermiculus. Omnis homo conditus est in hunc finē, ut non tantum his in terris cum uirtute agat, sed etiam ut uerè agnoscat & colat Deum: Ergo etiam Aristoteles hunc finem docere & habere debet, Ipse enim est quoque homo. Sed infra docebitur, quomodo quoque ex particulari tertiæ figuræ fiat particularis primæ, per conuersionem.

II REGULA DE PARTICULARI ADFIRMATIUA.

Si C & G idem, necesse est A inesse alicui eorum quæ E. Namque A ipsi C, & omni G sequitur E.

Eadem docentur in his regulis cū illis, quæ in superioribus quatuor tradita sunt. Quas enim syllogismi partes suis nominibus appellauit, easdē hic tantum literis uulgo notis designat. Est hæc regula de cōcludenda particulari adfirmatiua in 3. figura tantum. Suprà dixit, ad confirmandum thema particulare in tertia figura sumi oportere medium terminum, qui sit utriusque membri thematis antecedēs. Et uulgo docetur, in tertia figura medium subijci in utraq; præmissarum. Idem sibi uult hac regula. Sit, inquit, aliquod C ad A, & G ad E, antecedēs prædicati & subiecti cōclusionis. Sic enim C & G idē sunt, quia unum est medium, quod est C & G, ut demonstratur in typis præcedentib. Hac enim ratione A inest C, & E sequitur G: hoc est, inest. Quælis autē hæc ratiocinandi forma sit, & quatenus locū habeat, paulo antè in regula secunda puto me satis clarè dixisse. Sit thema, Q. uoluptas est bonas
 sis

MEDII TERMINI. 99

fit medium, sanitas, quod utrunq; antecedit:

C	{	Bona	A
G		Voluptas	E

Sanitas est

Exemplum ex prima tabula.

Da O. Sanitas est bona,
 rap O. Sanitas est voluptas, Igitur
 ti Q. voluptas est bona.

Hæc consequentia ostenditur uocabulo Cagedi. I significat particularẽ adfirmatiuã Ca, Ge, si significant medium esse antecedens ipsius A & E, id est, prædicati & subiecti.

Ex secunda tabula:

O. iustitia est necessaria in uita,
 O. iustitia est uirtus, Ergo
 Q. uirtus est necessaria in uita.

ALIVD.

O. doctor diuini uerbi est dispensator Christi,
 O. doctor diuini uerbi debet õphoroquẽu, Ergo
 Q. õphoroquẽu est dispensator Christi.

In eandem regulam cadunt duo reliqui modi, Dẽsamiset Datifi, in quibus idem est terminorũ ordo.

Di Q. beatitudo est perfectus finis hominis,
 sa O. beatitudo consistit in actione consentanea rationi,
 mis Q. actio consentanea rationi est perfectus finis hominis.

Da O. firma corporis constitutio est bona,
 ti Q. firma corporis constitutio est voluptas,
 si Q. voluptas est bona.

G 2 Dẽ

100 RATIO INVENIENDI

Da O. magistratus est minister Dei,
 ti Q. magistratus gladio cohercet contumaces,
 Ergo
 si Q. contumaces gladio coherceres, est ministerium diuinum.

In diagrammate dicitur, posse quoque confici particularem syllogismum in prima figura, si medium sit C & G. quod non fit simpliciter, aut directe, sed per conuersionem; cum nimirum syllogismi in Darapti, Disamis & Datisi, reducuntur ad Darij, ostensiuâ reductione, ut notum est omnibus huius artis studiosis: ut,

Da O. respub. est res diuina,
 rap O. respub. opus habet armis & legib. Igitur
 ti Q. arma & leges sunt res diuina.

Vertatur minor per accidens, & erit in Darij:

Da O. respub. est res diuina,
 ri Q. arma & leges sunt in repub. Igitur
 i Q. arma & leges sunt res diuina.

Di. Q. boni oratores sunt quoque poetae,
 fa. O. bonus orator ethicen nouit, Ergo
 mis. Q. qui nouit Ethicen, est etiam bonus poeta.

Ad Darij secundum præcepta reductionis:

O. boni oratores nouerunt Ethicen,
 Q. poetae sunt boni oratores, Igitur
 Q. poetae nouerunt Ethicen.

Da O. moechi sunt lapidibus obruendi,
 ti Q. moechi uirgis cæduntur, Igitur
 si Q. uirgis cæsi sunt lapidibus obruendi.

Ad



Ad Darij minore uersa simpliciter,
O. moechi sunt lapidibus obruendi,
Quirgis cæsi sunt moechi, Ergo
Quirgis cæsi sunt lapidibus obruendi.

REGVLA III DE NEGA-
 tiuis uniuersalibus.

Si F & D idem, nulli eorum quæ E
 inerit A, ex prosyllogismo. Negatiua
 enim conuertitur. Et si F ipsi D idem,
 nulli eorum quæ F inerit A, F autem
 omni E.

*De concludendis uniuersalibus negatiuis nunc
 agit, in prima & secunda figura. Sic autem primum
 intelligatur. Si F & D idem, hoc est, si aliquod
 uocabulum tale adferatur, quod est F ad E, id est,
 consequens subiecti: & D ad A, id est repugnans
 prædicati, aptum erit medium ad conficiendum syl-
 logismum in Celarent. ut,*

N. uoluptas est bona, Quia nocet:

N. nocens bonum est,

O. uoluptas nocet, Igitur

N. uoluptas est bona.

*Medius terminus repugnat prædicato conclu-
 sionis, quod est maior terminus in maiore: & sequi-
 tur subiectum conclusionis, quod est minor termi-
 nus, & subiectum in minore.*

*Valet autem consequentia ex regulatiuo prin-
 cipio dici de nullo. Quicquid enim remouetur de su-
 periore, idem remouetur de inferiori. Quod repu-*

G 3 gnat

gnat subiecto maioris, idem repugnat quoq; subie-
cto conclusionis, uel ab eo remouetur. Subiectum e-
nim conclusionis est idē cum subiecto minoris, quod
continetur sub maioris subiecti complexu.

Eadem est ratio conficiendi syllogismum in Ce-
sare, si modo maior simpliciter conuertatur. ut,

N. bonum nocet,

O. uoluptas nocet, Igitur

N. uoluptas est bona.

In hoc modo medium quoq; repugnat prædica-
to, & sequitur subiectum conclusionis in præmis-
sis, licet eius sit alius situs & dispositio, propter di-
uersam figuram, ut est in exemplis uidere.

ALIVD.

N. uirtus est necessaria: Quia ea sæpe carent
homines.

Ce N. quo homines sæpe carent, est necessari-
um in uita:

la O. uirtute homines sæpe carent, Igitur

rent N. uirtus est necessaria in uita.

Vel conuersa maiore,

Ce N. necessariū est quo homines sæpe carēt,

sa O. uirtute homines sæpe carent, Igitur

re N. uirtus est necessaria ad uitam.

Additum est in ipso textu, hanc consequenti-
sam fieri ἐν ἀποσυνδρομῶσι: quam quidem particulā
etsi alij aliter explicant, ego tamen ita simpliciter
intelligendam esse puto: hæc regula utriq; modo Ce-
larent & Cesare conuenit, quorum qui unum habet
syllogismum, is facile ex eo tanquam ex prosyllogis-
mo

mo alterum conficiet. Nam ex alterutro proposito semper alter potest confici. Quomodo autem hoc fieri oporteat, rationes duæ ab Aristotele positæ manifestè ostendunt. prior in his est uerbis, cum ait, ἐπεὶ γὰρ αὐτίκα γέφει τὸ γερῆται μὲν. Quoniam negatiua conuertitur, ut fit in Cesare.

N. qui indulget affectibus, idoneus est auditor E.
O. Iuuenis indulget affectibus, Igitur ethices.
N. iuuenis est idoneus auditor Ethices.

Hinc fit in Cesare,

N. idoneus auditor Ethices indulget affectibus,
O. iuuenis indulget affectibus, Ergo
N. iuuenis idoneus est auditor ethices.

Hic quoque potest reduci ad priorem eadem ratione. utriusque ergo structuræ idem medium seruit.

Posterior ratio in his uerbis consistit. Nam F ipsi D idem, hoc est, mediū est F et D: A nulli eorum quæ F inerit, id est, prædicatum conclusionis negatur de F medio in maiore propositione, et idem F medium inest omni e: quia de toto subiecto in minore dicitur. Subiectum enim minoris continetur sub subiecto maioris, iuxta primæ figuræ formationem. ut,
N. homo ψυχὸς intelligit ea quæ Dei sunt:

Quia caret spiritu Dei.

N. carens spiritu, Dei intelligit ea quæ Dei sunt,
O. homo ψυχὸς caret spiritu Dei, Ergo
N. homo ψυχὸς intelligit ea quæ Dei sunt.

Hoc in syllogismo uides mediū, Carere spiritu Dei, negari de prædicato conclusionis in maiore, & in minore dici de subiecto uniuersaliter. hinc fiet in Cesare talis,
G 4 N. intel

N. intelligens ea quæ Dei sunt, caret spiritu Dei;

O. homo animalis caret spiritu Dei, Igitur

N. homo animalis intelligit ea quæ Dei sunt.

Etsi hic est alia repugnantium consequentia, tamen eadem manet conclusio, & videtur ex priori syllogismo nata esse.

Vox dialectica usum horum syllogismorum in typo exprimens, est *DaFenes*, quæ modis *Celarent* et *Cesare* convenit. *e*, ultima uocalis significat uniuersalem negatiuam conclusionem, *D* ad *a* est repugnans prædicati, & *F* ad *e* consequens subiecti, ut hæcenus copiose demonstratum est.

Quemadmodum supra monui, sub uniuersali ad firmatiuo syllogismo contineri particularem eiusdem figuræ, certis de causis: ita nunc idem dicendum uenit de uniuersali negatiuo. Iam enim ratio conficiendi negatiuum uniuersalem in *Celarent* & *Cesare*, ex his quæ dicta sunt patet. Quia autem sub *Celarent*, *Ferio*: & sub *Cesare*, *Festino* continentur: non necesse erat seorsim de his alia præcipi, cum non sit diuersa ratio conficiendi particularem ab uniuersali, nisi quod quantitas angustior est in particularibus. Et quod uniuersali subiecto per negationem adimitur, idem adimitur particulari subiecto cum eo contento. Sit exemplum,

Ce *N.* faciens Deum causam mali, ferendus est
in repub. bene constituta:

la *O.* Stoici, dicentes scelera necessario fieri,
faciunt Deum causam mali: Ergo

rent *N.* Stoici, asserentes scelera necessario fieri,
sunt ferendi in repub. *Fe*

Fe N. Faciēs Deum causam mali, ferendus est
in repub. bene constituta:

ri Q. Stoici, ut Zeno, asserentes scelera neces-
sario fieri, faciūt Deū causam mali: Igitur

o Q. Stoici, ut Zeno, non sunt ferendi in re-
pub. bene constituta.

Ce N. ferendus est, qui facit Deū mali authorē:

sa O. Stoici, asserentes fato scelera fieri, faciunt
Deum authorem mali: Igitur,

re N. Stoici, asserentes fato scelera fieri, sunt fe-
rendi in republica.

Fe N. ferendus est in repub. qui facit Deum ma-
li authorem:

sti. Q. Stoici, asserentes fato scelera fieri, ut Ze-
no, faciunt Deum authorem mali. Ergo,

no. Q. Stoici, ut Zeno, non sunt in repub. ferēdi.

ALIVD.

Ce N. uiolans ius hospitij, impunè abibit:

la O. Cyclops necans hospites, uiolatus hospi-
tij: Ergo,

rent N. Cyclops, necans hospites, impunè abibit.

Fe N. uiolans ius hospitij, impunè abibit:

ri Q. Polyphemus necans hospites Græcos,
uiolat ius hospitij: Igitur,

o Q. Polyphemus necans hospites, non impu-
ne abibit.

Ce N. impunè abibit, qui uiolat ius hospitij:

sa O. Cyclops necans hospites, uiolat ius hospi-
tij: Ergo,

G 5 N. Cy:

106 RATIO INVENIENDI

re N. Cyclops necans hospites, impunè feret.

Fe N. impunè abibit, qui uiolat ius hospitij:

sti Q. Polyphemus necas hospites Græcos, uiolatus hospitij:

no Q. Polyphemus necans hospites, non impunè abibit.

III REGULA DE SYLLOGIS. in Camestres.

Si B & H idem, nulli eorum quæ E, inerit A. B enim omni A, nulli autem eorum in quibus E inerit. Idem enim est B cum H, sed H nulli E inerit.

Syllogismus in Camestres uariat à primo modo Cesare, propositionum transpositione. Hic enim maiorem negatiuam, minorem adfirmatiuam: ille uero maiorem adfirmatiuam, minorem negatiuam habet. Ideo peculiaris de secundo hoc modo regula solet tradi, cuius obseruatio & intelligentia non est difficilis obseruanti literarum significationem. Regula hæc docet: Si B & H idem sunt, hoc est, si uocabulum medij loco adfertur, quod est B & H, B quidem ut sit consequens prædicati, & H uidelicet extraneum subiecti, tunc A nulli E inerit: id est, negatiua erit conclusio, et uniuersalis. Sit thema, N. uoluptas est bona, Quia eligendum. ut,

O. bonum est eligendum,

N. uoluptas est eligenda,

N. uoluptas est bona.

Igitur

Medium certè, Eligendum, sequitur bonum in maiore,

maiore, quòd bonum est prædicatum conclusionis, repugnat uerò uoluptati subiecto.

Addita est quoq; ratio ab Aristotele, in qua sic ait: B enim omni A inest: hoc est, medium uniuersaliter adfirmatiuè de prædicato conclusionis dicitur: ut, O. bonum est eligendum. Hoc autem B nulli E inerit: hoc est, quia B est idem medium cum H. at H non inest ipsi E, sed repugnat: ergo B quoque nulli E inest, uidelicet subiecto. ut est uidere in minore propositione, N. uoluptas est eligenda. Si igitur bonum est eligendum, & uoluptas non eligenda, sequitur, uoluptatem non esse bonum.

Vox logica est HeBare. Quia medium est H ad E, & B ad A, indeq; fit E, id est negatiua uniuersalis in Camestres. ut,

O. Christianus facultates quas acquirit, bona conscientia possidet:

N. foenerator facultates quas acquirit, bona conscientia possidet: Igitur

N. foenerator est Christianus.

Facilis est ratio contexendi syllogismos in secunda figura, quia conclusio ipsorum constat ex diuersis speciebus, quæ per aliud tertium seiunguntur. quod enim uni earum inest, hoc alteri repugnat. unde fiunt pugnantia propositiones, & conclusio deterior, nempe negatiua: ut,

O. beatus habet actionem congruentem rationi:

N. mortuus habet actionem congruentem rationi: Ergo

N. mortuus

N. Mortuus est beatus, ut ratiocinatur Aristoteles contra Solonem.

*Quicūq; ex operib. iustus est, habet quod gloriatur:
Nemo homo potest in operibus gloriari: Ergo
N. homo ex operibus iustus est.*

In diagrammate dictum est, hunc syllogismum posse in primam figuram mutari per conuersionē, & recte. Nam si ex minore simpliciter conuersa facias maiorem, & maiorem loco minoris colloces, erit syllogismus in Celarent.

*O. potentia natura insunt,
N. uirtutes natura insunt, Igitur
N. uirtutes sunt potentia.*

*Nihil quod natura inest, uirtus est:
O. potentia natura insunt, Ergo
N. potentia sunt uirtutes: et per consequens bonae conuersionis, nullae uirtutes sunt potentia.*

Syllogismus particularis in Baroco subiacet syllogismo in Camestres, ideo quoq; huc refertur, ut supra in similibus saepe est demonstratum. Valde enim esset odiosum & prolixum, si de singulis quasi modis singulae regulae essent docendae. Haec autem breuitas grata est, & acuit eorum ingenia qui eiusmodi exercitia amant. ut,

Ba O, uir bonus suadet potius honesta quam utilia,

ro : Cyrsilus non suasit potius honesta quam utilia, Ergo

co Cyrsilus non est uir bonus.

V. R. E.

V REGVLA DE PARTICV-
laribus negatiuis in tertia figura.

Si D & G idem, A alicui eorum
quæ E non inerit: A enim non inerit i-
psi G, quia non ipsi D. G autem est sub
E, ideo alicui eorum quæ E non inerit.

Docet concludere particularem negatiuam in
tertia figura, in qua si efficiendus est syllogismus
negatiuus *ep. u. e. p.*, necesse est haberi uocabulum me-
dij loco, quod est D & G: D ad A, id est repu-
gnans predicato: & G ad E, id est antecedens
subiecti conclusionis. Et exprimitur uoce logica
Ge Daco. Sit thema, Q. uoluptas nõ est bona. Sit
medium, Quia adulterium.

Fe N. adulterium est bonum,
lap O. adulterium est uoluptas, Ergo
ton Q. uoluptas non est bona.

Adulterium pugnat cum bono in maiore, &
præcedit uoluptatem in minore propositione.

Ratio quam posuit, ualet. Quia A non inest i-
psi G, id est prædicatum conclusionis negatur de
G, quia de D medio in maiore, at G est sub E, id
est in minore præcedit subiectum conclusionis. hinc
sequitur, A alicui E non inesse. Nam ab adulte-
rio remouetur bonum, & adulterium ponitur sub
uoluptate in minore, ergo bonum quoq; ex parte re-
mouebitur à uoluptate. In totum non potest: non
enim sic licet regredi,

N. homo est canis,

O. homo

110 RATIO INVENIENDI

O. homo est animal, Ergo
 N. animal est canis. Falsa est conclusio, quia
 animal non negatur de his duabus, licet diuersis spe-
 ciebus. Sic autem ualet, si particulariter regre-
 diaris: Quoddam animal non est canis, uidelicet homo.
 N. peregrinus se uero edicto à finibus nostris de-
 bet repellere,

O. peregrinus est extraneus, Ergo
 Q. extraneus non debet atroci edicto à finibus no-
 stris repelli.

Eadem regula ualet quoque ad syllogismos in Bo-
 cardo & Ferison. eadem enim istius medijs ratio. ut,
 Bo Q. mens hominis non constat ex elementis,
 car Q. mens hominis est aeterna, Ergo
 do Q. aeternum non constat ex elementis.

Q. Troiani non sunt effœminati,
 O. Troiani sunt Barbari, Igitur
 Q. Barbari non sunt effœminati.

Fe N. uirgo in coetum uirorum prodire debet,
 ri Q. uirgines sunt lasciuæ puellæ, Igitur
 son Q. lasciuæ puellæ non debent in coetum pro-
 dire.

N. fœmina in publico loquatur,
 Q. fœminæ nimium indulgent affectibus, Igitur
 Q. nimium indulgentes affectibus non loquantur in
 publico.

Fit quoque syllogismus in Ferio prima figuræ,
 ex conuersione minoris in Felapton. ut,
 Fe N. matrimonium caret cruce,

lap

MEDII TERMINI. 212

lap O. matrimonium est status uitæ Deo placens, Ergo

ton Q. status uitæ Deo placens non caret cruce.

Adferio minore conuersa, per accidens:

Fe. N. matrimonium caret cruce,

ri Q. status uitæ placens Deo est matrimonium,

o. Q. status uitæ placens Deo non caret cruce.

Fe N. sancti sunt scelerati,

lap O. sancti in afflictione & cruce sunt, Ergo

ton Q. qui in afflictione & cruce sunt, non sunt scelerati.

Fe N. sancti sunt scelerati,

ri Q. qui affliguntur & cruciantur, sunt sancti,

Ergo scelerati.

o Q. qui affliguntur et cruciantur, nō sunt sce-

VI REGVLA DE SYLLO-

gismo conuerso.

Si medium est G, B, syllogismus erit ἀντισπασμικός: G enim omni A inerit. Nam & B ipsi A, E uerò ipsi B: idem enim erat ipsi G. Non est autem necesse, A omni E, sed alicui inesse, eo quod uniuersalis prædicatio cōuertatur cum particulari.

Duplex est huius canonis interpretatio. ego utramq; approbo. sed prior mihi uidetur propius accedere ad uerba Aristotelis, quæ est de syllogismo indirectè concludente in prima etiam figura. Nam huius conclusio naturali consecutione uniuersalis

uersalis esse deberet. Sed quia ea cōuertitur in particularē, efficitur syllogismus cōuersus, ut si dicā:

O. animal est substantia,

O. homo est animal,

Q. substantia est homo.

In quo quidem syllogismo si conclusio non esset conuersa, directè hoc modo sequeretur,

O. animal est substantia,

O. homo est animal,

O. homo est substantia.

Sed in conclusione per accidentalem conuersionem fit ex uniuersali particularis propositio, ut O homo est substantia, Q. substantia est homo. Inspectamus autem regulam ipsam. ait ita: Si medium est G. B: hoc est, si medium est G ad E antecedens subiecti, & B ad A consequens prædicati, efficitur syllogismus conuersus. Probo enim quandam substantiam esse hominem, per medium animal: animal uerò præcedit substantiam subiectum, & sequitur hominem prædicatum conclusionis, ut licet in præmissis cernere. Rationem ipse talem adhibet, G omni A inerit, nam & B ipsi A. B est consequens hominis, ideo homini inest, ut animal: idem quoque est subiecti antecedens. potest tamen etiam prædicato inesse. Nam licet animal est sub substantia, tamen dicitur de homine quo est cōmuniu. quod fit in minore propositione, ubi animal de homine dicitur. E autē ipsi B inest, quia & G inerit. Nam substantia quæ de animali dicitur, necessariò quoque de homine inferiori & angustiori uocabulo, ex natura

tura prædicabilium, & uulgari regula, quod superiori inest, idem de inferiori in eo ordine collocato inesse debet. Verùm *A* quia est angustius ipso *E*, idcirco non potest toti illi inesse: Quia nõ omnis substantia est homo, sed quædam: omnis autem homo est substantia.

ALIVD.

O. bonum est laudabile,
 O honestum est bonum, Ergo
 Q. laudabile est honestum.

Eadem est mediij collocatio in præmissis, quæ est in prima figura, sed conclusio conuertitur: ideo indirecta, & potius ex arte quàm natura facta dicitur.

Nam aliàs conclusio erat, Ergo

O. honestum est laudabile. sed in prima figura.

Refertur solet hic syllogismus ad Baralipon, qui est primus modus in his quinque, qui primæ figuræ adnectuntur. De cæteris autem, quia exempla nulla habet Aristoteles, cõmodum est ut eos omitamus, nec enim magnum usum habent in communiuita: & satis est, adolescentes ea cognoscere quæ et necessaria & utilia sunt.

Vox Logica huic negotio nostro seruiens, est Gebali: in qua quid sibi literæ uelint, ex superioribus facile poteris cognoscere.

Sunt qui Aristotelem dicunt hanc formam Syllogisticam tradere uoluisse, in qua mediũ in maiore est prædicatum, in minore uero subiectum, conclusio autem conuertitur: ut,

O. iustitia est uirtus,

H O. uir

114 RATIO INVENIENDI

O. uirtus est habitus, Ergo

Q. habitus est iustitia.

Vides qualis sit progressus in præmissis à specialioribus ad generaliora, & quomodo conclusio conuertatur. non enim sic rectè diceretur,

O. iustitia est uirtus,

O. uirtus est habitus, Ergo

O. habitus est iustitia.

Quia falsa esset conclusio, ideo particularis ea conficitur: ut, Q. habitus est iustitia. Esset quoque alia ratio, si ita colligeretur,

O. iustitia est uirtus,

O. uirtus est habitus, Ergo

Q. iustitia est habitus.

Nam medium uirtus est, in hoc syllogismo antecedens subiecti & consequens prædicati, ideo sic rectè colligitur, cum conclusio particularis est: Q. habitus est iustitia.

Putant quoque hoc genus syllogismi ex prima figura natum esse, per propositionum traductionem, & conuersionem conclusionis: indeque ab Aristotele ἀντεστροφικὸν dici, quod non sit quædam peculiaris figura, sed tantum primæ aliqua conuersio. Sit primum talis syllogismus in prima figura,

O. uirtus est habitus,

O. iustitia est uirtus, Ergo

O. iustitia est habitus.

Fac ex minore maiorem, & contrā: & inuerte conclusionem, et efficietur syllogismus, de quo uideatur Aristoteles agere. ut,

O. iusti-

MEDII TERMINI. 113

Q. iustitia est uirtus,
 O. uirtus est habitus, Ergo
 Q. habitus est iustitia.

*Alij paulo aliter explicant eundem Aristotē
 lis locum. Verū ego puto hæc satis perspicuè a
 me dicta esse, neq; esse requirendam difficiliore for-
 mam concludendi in syllogismo (ut quidam uocant)
 refracto, ne nimia subtilitate iuuentus iterum ab his
 præceptionibus deterreatur.*

Perspicuum est itaq; respiciendum
 esse ad prædicta utriusque, secundum
 quodlibet problema: per hæc enim om-
 nes syllogismi.

*Clausula est eorum quæ hæcenus docuit: nimi-
 rum, ex his quæ tradita sunt de inueniēdo medio,
 planum esse, quòd semper inquisiturus medium ter-
 minum debeat respicere ad antecedentia, consequen-
 tia, & repugnantia prædicati & subiecti. Nam
 ex his omnis syllogismus confici debet, atq; solet.*

REGVLA, QVOMODO SI-
 mul multa media haberi possint.

Videndum est potissimum ad ea an-
 tecedentia & consequentia utriusque,
 quæ sunt prima & uniuersalia: ut poti-
 us ad KF, quàm ad F solum ipsius E: &
 potius ad KC, quàm ad C solum ipsius
 A. Si enim A inest KF, inest etiam i-
 psi & F & E. Si autem A non est con-
 sequens

H 2

116 RATIO INVENIENDI
sequens K F, possibile est tamē ipsius
F esse. Similiter uerò & consideran-
dū est, in quo ipsum sequatur. Si enim
prima sequitur, etiam ea quæ sub illa,
quod si nō hæc, sed quæ sub hæc, accidit.

Obiter Aristoteles inserit præcepta duo, quæ
docent quomodo simul ad unam rem confirmantur
multa media inuenire & habere queamus. præcipit
autem, ut semper sumamus generalia & communio-
ra media, quibus habitis, etiam se ultrò offerent illa
quæ sub ipsis continentur. Hæc ergo prima cogi-
tatio de cōmuniōribus medijs est utilis. Deinde ue-
rò integrum erit nobis, ut uel illud generale mediū
accipiamus, uel ex his quæ sub eo posita sunt eliga-
mus maximè cōueniens, ut etiā supra in quadā regu-
la præscriptum est. Declaro autem regulam banc,
hoc modo. Sit thema Homo est substantia: Ho-
mo est E subiectum: cuius consequens accepturus,
noli tantū animal F accipere, sed latius patens ge-
nus, ut K F, animatum uel corpus: quo inuento,
animal genus angustius est quoq; in promptu. Sub-
stantia est A prædicatum thematis, cuius antece-
dentia non accipiantur C solum ut rationale uel ri-
sibile, sed K C, ut corpus, animatum. His ratio-
nes adduntur. prima est: Si enim A substantia
inerit K F, hoc est, ijs quæ sub F posita sunt, in-
sit etiam necesse est ipsi F & E. ut si substantia
dicitur de animato uel corpore, necessariò quoq; di-
citur de animali: Si de animali, etiam de homine. Si
autem A non inest K F, potest tamen fieri
ut ipse

ut ipsi *F* insit: ut si animatum non sequitur substantiam, nihil tamen uetat quo minus sequatur animal.

Idem est de antecedentibus dicendum. Si enim, ut *Franciscus Burana* ait, animatum antecedit substantiam, nimirum & animal antecedit. Si uero animatum non antecederet sensibile, nihil prohiberet quin animal antecederet ipsum animatum, antecederet sensibile.

Hoc loco *Philoponus* causam exponit, cur cū supra docuerit, mediōrū non esse accipienda ea quæ sequuntur cōsequentia, nunc uerò generaliora consequentia probet. Ait autem *Philoponus*, *Aristotelem* supra docuisse, quæ ex multis sint eligēda. hic autem docere, quomodo commemoratione uniuersalium multa simul haberi possint, ne in magna mediōrum copia ipsi multis desituantur. Et quia sub uniuersalibus particularia continentur, recte uidetur de inquirendis uniuersalioribus monere.

DEMONSTRATIO, QVOD
sint tres figurae syllogismorum, confectorum
externis terminis, & binis
propositionibus.

Perpicuum uerò est, quòd & consideratio syllogismorum fiat per tres terminos, & duas propositiones: & quòd per tres figuras omnes syllogismi conficiantur. Mōstratur enim omni *E* inesse *A*, quando aliquid *C* & *F* idē sumptum fuerit, quod sanè medium erit. at

H 3 extre.

extrema erunt, ipsum A & E: fit igitur prima figura. Monstratur autem A alicui E inesse, si C & G idem sumptū sit. hæc autem est ultima figura: Medium enim fit G. Nulli uerò, quando D & F idem sunt. Sic autem erit prima figura, & media. prima quidē, quòd A inest nulli F, (siquidem priuatiuum conuertitur) F autem omni E. Media uerò, quoniam D nulli A, omni uerò E inest. Monstratur uerò A alicui E non inesse, quando D & G idem sit: est quæ figura ultima. A namque nulli G inerit, E uerò omni G.

Aristoteles hic demonstrat in omni syllogismo categorico tantū tres esse terminos, duasque propositiones: & tribus figuris omnes syllogismos includi posse. Nam (quod sæpe supra est ostensum) thema aliquod allatum duobus terminis constat quibus uel connectendis uel dissoluendis accedit quiddam tertium, quod est ratio uel causa cur prædicatum aut tribuatur subiecto, aut negetur de eo. hæcque causa est tertius terminus. Nam prædicatum conclusionis maiorem terminum, subiectum uerò minorem adfert: quibus additur medius. Cur autem necesse sit tantum tres esse, ex his quæ dicta sunt hæcenus, omnibus patere potest. Estque hoc principium dialecticum multo uerissimum. Nam si adderetur aliquid quartum,

quartum, perturbaretur atq; dissolueretur pulchra illa & naturæ conueniens connexio, neq; rectè medium illud unicum membra conclusionis coniungeret. ut si dicas,

Quicumq; credit in Christum, saluus erit:
Cornelius gentilis facit bona opera, Igitur
Cornelius saluus erit.

Nulla est hic connexio. sunt enim duæ causæ, & quidem pugnantes, conclusionis: & est inepta dissolutio partium syllogismi. Sit igitur firmum et perpetuum principium, Omnem syllogismum tantum ex tribus terminis constare.

Porro ij tres termini iusto ordine inter se colligati & applicati, duas propositiones constituunt, quæ nunc $\pi\rho\tau\acute{\alpha}\sigma\epsilon\iota\varsigma$ admodum propriè, nunc $\acute{\alpha}\rho\chi\alpha\iota$ uocantur: ex quibus deinde $\sigma\upsilon\mu\pi\acute{\epsilon}\rho\alpha\sigma\mu\alpha$, conclusio, naturali consecutione infertur. Nam si medium applicetur primum problematis prædicato, conficietur maior propositio. si deinde coniungatur cū subiecto, erit altera quæ minor dicitur: ex quibus deinde conclusio prodit. Vnde patet, syllogismum rectè dici bonam consequentiam, quæ conficitur ex partibus syllogismi rectè & artificiosè connexis.

Probat deinde Aristoteles tantum tres esse figuras. Est enim prima figura, quando A, id est, prædicatum, omni E, nempe subiecto, probatur inesse, per medium, quod est C & F, id est antecedens prædicati & consequens subiecti, In uniuersale ad firmatiuo syllogismo, sub quo etiam particularis eiusdem figuræ positus est,

H 4 Est

Est tertia figura, quando probatur *A* inesse alicui *E*, id est, fit conclusio particularis per medium quod est *C*, & *G*, id est, antecedens subiecti & prædicati: hæc de prima & secunda figura in adfirmatiuis dicta sunt.

Quando autem probatur *A* nulli *E* inesse, id est fit syllogismus uniuersalis negatiuus, aut per medium quod est *D* & *F*: & fit in prima figura, quando *A* nulli *F* inest, *F* autem omni *E*: ut Nullū *F* est *A*, Omne *E* est *F*, Ergo Nullum *E* est *A*. In secunda autem figura fit, quando *D* nulli *A* inest, omni uero *E* inest: ut, Nullum *A* est *D*, Omne *E* est *D*, ergo nullum *E* est *A*.

Fit iterū tertia figura, quando *A* alicui *E* non inesse probatur per mediū, quod est *D* & *G*: ut, Nullū *G* est *A*, omne *G* est *E*, Ergo quodam *E* non est *A*.

Nolo plura exempla ponere, prolixitatis uitandæ gratia. possunt enim ex superiorib. multa huc referri, et quæ hic traduntur, facilia sunt his qui omnia superiora probè cognouerunt. Probat enim Aristoteles, tantū tres esse figuras, quod nostri dialectici ex mediij dispositione facile demonstrant. Aut enim medium in maiore subiectum est, & in minore prædicatū: aut in utraq; præmissarum est prædicatum, aut in utraq; subiectū, & existunt tres figurae. Nam quando alia fit mediij collocatio, fit syllogismus ἀντεγγραμμένος, cuius dispositio ad primam reducitur; ut supra exemplis declarauimus.

DE

MEDII TERMINI. 12
DE VICIOSIS QUORUNDAM
syllogismorum connexionibus, quos
ἀσυστάτους uocat.

Manifestum est igitur, quòd per prædictas figuras omnes syllogismi fiant: & quòd non eligenda sint quæ omnia sequuntur, eò quod ex ipsis nullus syllogismus fiat. Fabricari enim ex sequentibus non licet. Negatiuè autem cõcludere non contingit, per id quod omnia sequitur. oportet enim alteri inesse, alteri uerò non inesse.

Hactenus egit Aristoteles de tota ratione conficiendi syllogismos, quorum secundum tres figuras & earum modos bona est consequentia. Nihil enim aliud est bona consequentia, quam syllogismus iuxta præcepta hactenus tradita formatus. Quæ qui probè cognouit, is ex ipsorum inspectione de uiciosis consequentijs facile iudicabit. Est enim contrariorum eadem doctrina. ut qui scit quæ rectè & bene fiant, is facile intelligit alia quæ secus fiunt, non rectè fieri. Nunc igitur Aristoteles quasdam subiungit regulas, de uiciosis syllogismorum cõsequentijs faciles admodum, et uulgo notissimas: quas, quia in ipso diagrammate quoq; demonstrantur, non incommode hic quoq; explicat, atq; declarat. Etsi enim plures sunt regulæ uiciosorum syllogismorum, tamen hæc uel præcipuæ sunt. Quarum prima est, cuius uerba iam præmisimus, quæ eadè est cum regu-

H 5 la

la decima sub initiū doctrinae huius tradita. Est autem, quod nō sint sumenda media quae omnia sequuntur: hoc est, medius terminus non sit consequens subiecti & praedicti problematis in praemissis. Inde enim nec licet, nec fieri potest bonus syllogismus, neq; adfirmatiuus, neq; negatiuus. Primum enim, κατὰ σκευάξιν ὁλως ἐν τῶν ἐπινομένων, id est, Confirmatiuum omnino non licet ex consequentibus, iuxta usitatā regulam, Ex puris adfirmatiuis in secunda figura nihil sequitur. In ea quidem figura medium praedicatur in utraq; praemissarum, sed non est consequens in utraq;, ut non sequitur,

O. impij ferent crucem,

O. pij ferunt crucem,

Ergo

O. pij sunt impij.

Temerè confunduntur duae diuersae species, quae se inuicem non continent, sed negatione separandae sunt. Ideo in secunda figura est quaedam diuersarū rerum antithesis, quae inter se non possunt cohaerere. si enim hoc modo conficitur adfirmatiuus, apparet maiorem esse particularem, si conuertatur & reducatur ad primam figuram: ut,

Q. ferens crucem est impius,

O. pij ferunt crucem,

Ergo

O. pij sunt impij.

Vides maiorem particularem fieri, indeq; consequentiam hanc uitiosam esse.

Deinde, ἀπογερεῖν ἐν ἐνδέχεται διὰ τῶν πᾶσι νομένων, id est, Neq; negatiua conclusio confici solet, quando mediū est consequens utriusq; membri conclusionis

cōclusionis. Oportet enim mediū alteri inesse, alteri uerò non inesse. Conclusio enim deteriorem partem præmissarum sequitur: ideo ipsa non potest esse negatiua, si ambæ præmissæ sunt adfirmatiuæ. Ideo oportet medium alteri membro problematis inesse, de altero autem negari: ut,

N. Turcæ inuocant uerum Deum conditorem,
 O. Christiani inuocant uerum Deum conditorem,
 N. Christiani sunt Turcæ.

Verùm ex præmissis adfirmatiuis nunquã infer-
 tur conclusio negatiua, in nulla figurarum. nam ni-
 hil cohæret, si dicas,

O. homo est animal,
 O. equus est animal, Igitur
 N. equus est homo.

Neq; sumenda sunt mediolorum loco τὰ πᾶσι ἐπι-
 μείνα, quæ uocantur transcendentia: ut ens, unū, &
 alia, ea enim semper sequuntur omnia reliqua. omnia

O. homo est ens, (enim sub se continent, ut
 O. arbor est ens, Ergo
 O. arbor est homo.

Est q; hæc prima cōsequentia ἀσύντατος, & nota-
 tur uoce logica FeBas: quia medium non debet esse
 F. B. cōsequens utriusq; partis cōclusionis.

Est uerò perspicuū, quòd & alię consi-
 derationes eorū quę eliguntur, inutiles
 sunt ad faciendū syllogismū, ut si conse-
 quētia utrunq; eadē sunt: aut si quę an-
 tecedūt A, & nō insunt ipsi E: aut quæ-
 cunq;

cunq; iterum repugnant utriq;. Per hæc enim syllogismus non conficitur. Nam si consequentia sumuntur eadem, ut B & F, fit media figura, habēs utraq; propositiones prædicatiuas. Sin autē quæ antecedunt A, & repugnant E, ut C & H, fit prima figura, habens minorem negatiuam. Si uerò quæ repugnāt utriq;, ut D & H, ambæ propositiones negatiuæ fiunt, aut in prima, aut in media figura. Sicañt nullo modo erit syllogismus.

Iam dictum est ab Aristotele, ex omnia consequentibus non confici bonum syllogismum. Consequuntur autem omnia primum ipsa transcendentia, deinde uerò ea quæ quidē transcendētibus angustiora sunt, sed tamen adfirmatiuè asseuerantur de partibus cōclusionis in præmissis. Nunc uerò eandem regulam repetit, eidemq; duas alias de asystatis adiungit: suntq; tres regulæ, quas ordine suo, sed paucis, explicabo.

Prima est: Syllogismus fit asystatus, si consequentia utrunq; sunt eadem. Nam si medium est B & F, textur quidem syllogismus in secunda figura, sed utraq; præmissarum est nã̄nyogia, id est, prædicatoria adfirmatiua. Sed de ista hætenus satis multa. Et notatur dictione Fe Bas.

Secunda regula, Si medium antecedit A, & repugnat ipsi E: hoc est, si medium est antecedēs prædicati, & repugnans subiecti, fit cōclusio ἀόγatos incon:

incōsistens. tunc enim medium est C & H, & formatur syllogismus in prima figura minore negatiua, contra regulam: Cum in prima figura minor est negatiua, nihil sequitur. & ratio est perspicua. Cum enim in hac figura procedatur à genere ad speciem, necesse est subiectum minoris contineri sub subiecto maioris: quando autem extra illud est, fit mala consequentia. ut,

O. Raptor capite debet plecti,
 N. homicida est raptor, Igitur
 N. homicida debet capite plecti.

Filij sunt alendi à parentibus,
 Filia non sunt filij, Igitur
 Filia non sunt alendae à parentibus.

Vides syllogismos quidem in prima figura esse, sed sine modo: neq; est iusta dispositio, quando subiectum minoris est extra subiectum maioris, ut iam ostendimus.

Vox dialectica, qua haec uiciosa consequentia exprimitur, est Heca: Quia medium H C.

Tertia regula: Medium non repugnet utriq; membro conclusionis in praemissis: fiunt enim ambae praemissae negatiuae. At ex puris negatiuis nihil sequitur. nam purae negatiuae, quia extrema sua nõ rectè connexa habent, nimis late uagantur, nec ulla ratione inter se cohaerere possunt. Medium tunc est D & H, fitq; asystatus in prima & secunda figura, per artificij huius uocabulum Hecadas. non enim sequitur,

N. brutum est honorandum,

N. homo

N. homo est brutum, Ergo

N. homo est honorandus.

N. ecclesia Dei contemnit libros propheticos & apostolicos,

N. Christiani contemnunt libros propheticos & apostolicos, Ergo

N. Christiani sunt ecclesia Dei.

Etiam si interdū casu aliquid ueri sequitur ex puris negatiuis, tamen quia tales syllogismi & modo carent, & recedunt à regulis receptis, non sunt admittendi, sed negatione consequentiæ reiiciendi.

Medium sit idem, non sit contrariarum uocum.

DE VNIVERSALI NEGATIUIO SYLLOGISMO.

Manifestum est, quòd in hac consideratione syllogistica, accipienda sint media eadem, non diuersa, seu contraria primùm quidem, quod mediij gratia fiat inspectio: medium autem non diuersum, sed idem accipiendum est. Deinde, syllogismi qui conficiuntur, si accepta sint contraria, uel quæ non solent eidem inesse, ad prædictos modos reducentur: ut, si B & F contraria sunt, aut non cõtingit ea eidem inesse, erit sanè his acceptis syllogismus, quod A cõtingit inesse nulli eorū quæ E sunt: sed non ex ipsis, uerùm ex prædicto modo. Nā B quidem

quidem omni A, nulli uero E inherit.
Quare necesse est B idem esse alicui H.

Sub finem huius doctrinae mouetur quasi quaestio ab Aristotele: An, cum saepe dictum sit, syllogismus omnem ex tribus tantum terminis constare, sit etiam bona & utilis collectio, si medius terminus sit diuersarum dictionum uel pugnantium: quae dictiones etsi sententiam non tollerent, tamen duos terminos uiderentur constituere. Respondet autem Aristoteles, non ualere ratiocinationem illam, in qua pugnantia uocabula medij loco statuuntur. Medium enim unum tantum & idem esse debet, nec a se diuersum, licet uarie respiciat partes conclusionis in situ suo, ut literae ipsae indicant. Talesque syllogismi ex diuersis medijs conformati reijciuntur, aut sane in iustam praecedentium formam debent includi. declarabo autem exemplis rem omnem. De negatiuis conclusionibus uniuersalibus tantum hic agitur, ut in secunda figura. Si uelis concludere, Nul- lum E esse A, per medium B & F, sumeres duo consequentia, sed contraria, & colligeres ita,

O. A est B,

O. E est F, Igitur

N. E est A.

Essent sane quatuor dictiones in hoc syllogismo, & quidem pugnantes: ut,

O. Aethiops est niger,

O. cygnus est albus, Igitur

N. cygnus est Aethiops.

Videretur quidem ualere consequentia, uerum ea
alia

alia ratione formari debet. Non enim medium sit
diuersum, sed unum & idem: ut,

Ca O. Aethiops est niger,
mes N. cygnus est niger, Ergo
tres N. cygnus est Aethiops.

Idcirco medium non debet adfirmari de utraq;
parte conclusionis, sed tantum de alterutra: Quia
alteri debet inesse, alteri uerò repugnare. & quan-
do idem est, non potest sanè utriq; inesse.

Posses etiam alterum accidens contrarium ac-
cipere, quod est in cygno: ut,

Ce N. Aethiops est albus,
sa O. cygnus est albus, Igitur
re N. cygnus est Aethiops.

ALIVD.

O. finis hominis est bonus,
O. uoluptas est mala, Igitur
N. uoluptas est finis hominis.

Suprà dictum est, ex adfirmatiuis præceden-
tibus non posse inferri negatiuam conclusionem,
neque talis forma habet modum. Quare sic potius
ratiocinandum erat, ut unum medium poneretur.

O. finis hominis bonus est,
N. uoluptas est bona, Ergo
N. uoluptas est finis hominis.

Vel sic,

N. finis hominis est malus,
O. uoluptas est mala, Ergo
N. uoluptas est finis hominis.

DE

DE PARTICVLARI

negatiuo syllogismo.

Rurfus, si non est possibile B & G eadem inesse, quod ipsi E non inerit A: sic enim media erit figura. Nam B quidem omni A, nulli uerò G inerit. Quare necesse est B alicui, H idē esse. Nam, non cōtingere B & H eadem inesse, & B idem esse alicui H, nihil differūt. Omnia enim quę euenit ipsi E non inesse, sumpta sunt in H. Non est ergo obscurum, quòd ex eiusmodi inspectionibus nullus fiat syllogismus. Si uero B & F contraria sunt, necesse est B idem esse alicui H, & inde syllogismum fieri. Accedit uerò, eos qui talia spectant et proponunt sibi, ad aliam uiam inueniendi medium à necessaria respicere, eo quòd ignorent ipsum B & H idem esse.

Dixit de uniuersali negatiua concludenda per diuersa media: nūc addit quoq; de particulari breuē præceptionem. Quam enim rationem quidam probare uidentur, ipse penitus damnat. Est enim inutilis. Conuenit nanq; ut si ad traditas rationes conficiamus syllogismos, non nimitū curiosè quæramus quòmodo ex pluribus medijs aliquid colligatur. Quare & à principio dialectico (quod syllogismum omnem in tres terminos tantum includit) recedimus, & inutilis curiositatis exemplum edimus. Non est ergo

I tutum;

tutū, nec artibus utile, sæpe multas rationes à recepta uia deerrantes querere. Porro Aristotelis regula hæc est: Si uelis probare quoddam E non esse A, per media duo B & G, quorum prius est antecedens subiecti, posterius autē est consequens prædicati, non potest fieri ut ex ipsis statim cōficias syllogismum. utcunq; enim collocaueris, erunt quatuor termini, & inepta consecutio. Verūm hoc modo putat Aristoteles fieri posse in secunda figura primum, ut fiat talis:

O. A est B,
N. G est B, Ergo
N. G est A.

Ex hac cōclusionē alter enascitur syllogismus, ut

N. G est A,
O. G est E, Ergo
Q. E non est A.

Iam primū uides, conclusionē propositam collectam esse. Verūm non opus erat tam difficili et prolixa ratiocinatione, si mediū unū esset, nempe B & H. hoc est, idem mediū esset cōsequēs prædicati & repugnans subiecti, ut in multis exemplis supra declaratum est, ut, O A est B,

Q. E non est B, Ergo
Q. E non est A.

O. iustus credit in Christum,
Q. homines non credunt in Christum, Ergo
Q. homines non sunt iusti.

Exemplum hoc posterius est clarius priore. Nā in eo uides unū esse mediū, nempe credere in Christū.
hoc

Q. homo non est albus.

In his autem syllogismis medium non est B, G. sed unicum uocabulum, pro uarietate formarum uariè se habens, literas in diagrammate positas

Nec potest contexi unicus syllogismus, si quoque medium est B & F: pari ratione, qua hactenus dictum est.

Porro Aristoteles adiungit causam, cur quidam recedentes à trita & necessaria uia, deflectant in talem rationem, ut plura media quàm unum collocent. Ipsi enim ignorant, quòd B & H idem sunt. Nesciunt manere ταυτολογία. Idem enim uocabulum est mediū: hoc uerò duas habet literas, quòd alia ratione subiectum, alia prædicatum respiciat. Nos igitur hoc modo ratiocinandi relicto, sequamur usitatas & receptas ratiocinandi præceptiones.

Hæc sunt quæ Aristoteles docuit, de tota inueniendi mediij ratione in syllogismo omni categorico: quæ puto studiosis adolesecētib. modò sufficere, ad huius doctrinæ cognitionē. Quæ enim sequuntur in eodē capite de syllogismorū hypotheticorū et modalium medio termino, cōsultò nunc omittere uolui. Qui enim prædicta diligenter cognouerint, ipsis nullius erit negocij, cōformare quoque hypotheticos & modales syllogismos: quod ipse author in his quæ sequuntur explicat. Est etiam uulgo notum, Modales tantum τῶν πρόπων differre à categoricis. Docetur etiam in omnibus libellis Dialecticis, uia ratiocinandi hypothetico syllogismo. Aristoteles quoque docet hanc artem rectè accommodari ad omnis generis

ris

MEDII TERMINI. 133

ris syllogismos, in quibus semper antecedentia, consequentia & repugnantia sunt observanda. Addit, & hanc Methodum servire omni sciētiae, in qua velis aliquid ratiocinari. Est enim Dialectica commune organum docendarum & discendarum artium. Verum, ut dixi, quae supersunt, alia explicabo. Nolo nunc pluribus praecipis auditores meos gravare. Supra etiam promisi, me planissima qua possim ratione, hanc artem traditurum esse. Peto igitur nunc a meis auditoribus, ut hanc opellam boni faciant, seq; in hac doctrina diligenter exerceant. Quod si fecerint ipsi, & ego intellexero ipsis meam operam probari, enitar sane, ut breui maiora & graviora de arte dialectica comportem, atq; edam.

F I N I S.

I 3

ΠΕΡΙ ΕΥΠΟΡΙΑΣ ΠΡΟΤΑΣΕ
ων, ἐκ τῆν ἀειστοπέλους ἀναλυτικῶν
προτῶρων,

Τμήμα δούτορον.


Πῶς δὲ εὐκρίσομεν αὐτοὶ πρὸς τὸ πιθανόν
ἀείσυμμογισμῶν, καὶ ὅτι πῶς ὁδὸς ληφό
μῶνα τὰς πρὸς ἑκάστον ἀρχαίς, νῦν ἡδὴ λεητέον. ἔ
μένον ἄριστος δὲ θεωρεῖν τὴν γοίεσιν τῆν συμμο
γισμῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν διώαμιν ἔχειν τὸ πρῖν.
ἀπάντων δὲ τῆν ὄντων, τὰ μὲν ὅτι βίαια, ὡσε
ἢ μὲν κενός ἄλλο κατηγορεῖσθαι ἀληθῶς καλό
λα δὲ κλέων καὶ καμίας, καὶ δὲ καλέκασον ὁ
αἰσθητῶν. καὶ δὲ τῶν, ἄλλα. καὶ ἄνθρωπῶ
καὶ ζῶον ἑκάτορον τῶν ὄντων. τὰ δὲ αὐτὰ μ
κατ' ἄλλων κατηγορεῖται, καὶ τῶν δὲ ἄλλα πρ
τόρον ἔκατηγορεῖται. τὰ δὲ καὶ αὐτὰ ἄλλων, ἔ
αὐτῆν ἑτόρα δὲ ἄνθρωπῶ καμίας, καὶ ἀνθρώ
πῶ ζῶον. ὅτι μὲν ἄν ἄλλο τῆν ὄντων κατ' ἑδε
νός πέφυκε λέγεσθαι. δὴλον. τῆν γὰρ αἰσθητῶ
θεδὸν ἑκάστον ὅτι ποιῶν, ὡσε μὴ κατηγορεῖσθαι
καὶ μὲν κενός, πᾶσι ὡς καὶ συμβεβηκός. φανερὸν ἄ
πρὸς τὸ λυκὸν ἐκείνο ὁκράτιω εἶναι, καὶ εἰ πρ
σιὸν καμίας. ὅτι δὲ καὶ ἡδὲ τὸ αἴω προθυμέ
νοισι ἴσαται πρὸς, πάλιν ὁρῶμεν. νῦν ἔστω ὁδο
κρίμενον. καὶ μὲν ἄν τῶν ἑστὶν ἀφδῆσαι κα
τηγορεῖμενον ἑτόρον, πᾶσι εἰ μὴ καὶ δόξαν, ἀλλὰ
παῦτα κατ' ἄλλων. οὐδὲ τὰ κατ' ἑκάστα κατ'
ἄλλων,

δῶν, ἀλλ' ἔτδρα κατ' ἐκείνων. τὰ δὲ μεταξὺ,
 δῆλον ὡς ἀμφοτέρως ἀδέχεται. καὶ γὰρ καὶ
 αὐτὰ κατ' ἄλλων, καὶ ἄλλα κατ' ἄλλων λεχθήσθη
 ται. καὶ σχεδὸν οἱ λόγοι καὶ αἰσθήσεις εἰσι μά-
 λιστα πρὸς τῶν. δεῖ δὲ τὰς προτάσεις πρὸς
 εἰρησὸν τῶν ἕτως ἐκλαμβάνειν, ἕως πιδέμε-
 νον αὐτὸ πρῶτον, καὶ τὸν ὀρισμὸν, καὶ ὅσα ἴδι-
 ῶν πράγματός ἐστιν. εἶτα μὲν τῶν, ὅσα ἕπε-
 ται τῶν πράγματι, καὶ πάλιν οἷς τὸ πρῶτον
 ἀκολουθεῖ, ὅσα μὴ ἀδέχεται αὐτῶ ὑπαρχειν.
 οἷς δ' αὖτε μὴ ἀδέχεται, ἔκκληπτεον, ἄλλ' ἢ
 ἀντιτρέφειν ἐστὸρηπικόν. διαιρετέον δὲ καὶ τῶν
 ἐρημίων, ὅσα τε αὐτῶν τί ἐστι, καὶ ὅσα ἴδι-
 ῶν, ὅσα ὡς συμβεβηκότα κατηγορεῖται. καὶ τούτων,
 πρῶτα ὀριστικῶς, καὶ πρῶτα κατ' ἀλήθειαν. ὅσα μὲν
 γὰρ ἀνὸς τῶν ποιῶν διηρησῆς, δεῖ τὸν ἀ-
 ττύξετὶ συμπράσματος. ὅσα δ' ἀνὸς ἀληθεσέρων,
 μάλλον ἀχρδ εἶξῃ. δεῖ δὲ ἐκλέγειν, μὴ τὰ τινὶ ἐπό-
 μνη, ἀλλ' ὅσα ὅλα ἢ πράγματι ἕπετ. δεῖ μὴ τί
 τινι ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ τί παντὶ ἀνθρώπῳ ἕπετ.
 δεῖ δὲ τῶν καθόλου προτάσεων ὁ συλλογισμὸς. ἀδιο-
 εἶσθ μὲν εἴν ὄντῳ, ἀδηλον εἰ καθόλου ἢ πρότα-
 σις. διωρισμὸς δὲ, φανερὸς. ὁμοίως δὲ ἐκλε-
 κτέον, καὶ οἷς αὐτῶ ἕπετ ὅλοις, ἄλλ' ἢ τῶν εἰρημίων
 αἰτίαν. αὐτῶ δὲ δεῖ ἐπόμνη, ἔκκληπτεον μὴ ὅλον ἕ-
 πεσαι. λέγει δ' οἷς ἀνθρώπῳ παντὶ ζῶον, ἢ μοῦσῳ
 καὶ πᾶσι ἰδιόσημιω. ἀλλ' ἀπὸ μόνον ἀκολου-

θῆν, καὶ δάπνρ καὶ πρσ τεινόμθρα. καὶ γὰρ ἄχρη
 στον δάπνρον, καὶ ἀδιώατον. οἱ ᾤωντα ἀνθρώπων
 πρσ εἶν ᾤων ζῶον, ἢ δικαιοσυλῶ ἀπαν ἀγαθόν.
 δὴ ᾤεσται, ἐπ' ἐκείνσ τῶσ πάντῃ λέγεται.
 ὅταν δ' ὑπό πινθ πόλιε χηται δ' ἔσθκείμθν,
 ᾤ τὰ ἐπόμνα δεῖ λαβεῖν, τὰ μὲν τῶσ κολούλου
 ἐπόμνα, ἢ μὴ ἐπόμνα, ἐκ ἐκλεκτέον ἐν τέτοισ.
 εἴληπται γὰρ ἐκείνοισ. ὅσα γὰρ ζῶα, καὶ ἀν-
 θρώπων ἔπεται. καὶ ὅσα μὴ ὑπάρχει, ὡσαύτως.
 τὰ δὲ πόλιε ἐκείσιν ἰδῶ ληπῆεον. ἐστὶ γὰρ ἄτῃα τῶ
 εἰδείδῃα, πρσ ἄ ῥ γέθ. ἀνάγκη γὰρ τοῖσ ἐτέ-
 ροισ εἶδεσιν ἰδῶ ἄτῃα ὑπάρχειν. ἐδὲ δὴ δ' κολού-
 λου ἐκλεκτέον οἷσ ἔπεται ῥ πόλιε χόμνον.
 οἱ ζῶα, οἷσ ἔπεται ἀνθρώπων. ἀνάγκη μ' ἄρ,
 εἰ ἀνθρώπων ἀκολουθεῖ ῥ ζῶον, καὶ τέτοισ ἀπα-
 σιν ἀκολουθεῖν. οἰκειότῃα δὲ ταῦτα τ' τῶ ἀνθρώ-
 πων ἐκλογῆσ. ληπῆεον δὲ καὶ τὰ ὡσ ἰδιτοπρλύ
 ἐπόμνα, καὶ οἷσ ἔπεται. τῆν γὰρ ὡσ ἰδιτοπρλύ
 πρσ βλημῆτ, καὶ ὁ συλλογισμὸσ ἐκ τῆν ὡσ ἰδιτο-
 πρλύ πρσ τάσεων ἢ πασῶν, ἢ πινῶν. ὁμοιον γὰρ ἐ-
 κείσ ῥ συμπόρῃασμα ταῦσ ἀρχαῖσ. ἐπὶ τὰ
 πασιν ἐπόμνα, ἐκ ἐκλεκτέον. ὅ γ' ἔσαι συλλο-
 γισμὸσ ἰσ ἀπῆν. οἱ τῶ δὲ ἀπῆαν, ἐν τοῖσ ἐκμέ-
 νοισ ἔσαι δῆλον. κατὰ σιθυάζειν μὲν δ' ἰβλο-
 μῆοισ κατὰ πινθ ὄλου, τῶ μὲν κατὰ σιθυαζο-
 μῆου, βλεπῆεον εἰσ τὰ ἔσθκείμνα, κατ' ὦν αὔ-
 ῥ τυγχάει λεγόμενον. οὔ δὲ δεῖ κατὰ γορ εἶσθαι,
 ὅσα

ὅσα τῶν ἐπιπέτων. ἂν γὰρ π τῶν ἢ τῶν, ἀνάγκη διατόρον διατόρον ὑπάρχειν. ἢν δὲ μὴ ὁ πᾶν π, ἀλλ' ὁ πνί, οἷς ἐπιπέτω ἐκαστόν. εἰ γὰρ π τῶν τῶν εἴη, ἀνάγκη πνί ὑπάρχειν. ὅταν δὲ μηδὲν δέη ὑπάρχειν, ὡς μὲν εἰ δὲ ὑπάρχειν εἰς τὰ ἐπόμενα. ὅς δ' εἰ μὴ ὑπάρχειν εἰς ἀ μὴ ἀδέχεται αὐτὸ πρῆναι. ἢ ἀνάπαλιν, ὡς μὲν δὲ ὑπάρχειν ἀ μὴ ἀδέχεται αὐτὸ πρῆναι. ὅς μὴ ὑπάρχειν, εἰς τὰ ἐπόμενα. τῶν γὰρ ὄντων τῶν αὐτῶν ὁπτορονου, εἰδὲν ἀδέχεται διατόρον διατόρον ὑπάρχειν. γίνεται γὰρ ὅτε μὲν ὁ αὐτὸ πρῶτον ἀνάγκη συλλογισμὸς, ὅτε δὲ ὁ αὐτὸ μέσῳ. εἰ δὲ πνί μὴ ὑπάρχειν, ὡς μὲν δὲ ὑπάρχειν οἷς ἐπιπέτω, ὅ δὲ μὴ ὑπάρχειν, ἀ μὴ διατόρον αὐτὸ ὑπάρχειν. εἰ γὰρ π τούτων εἴη τῶν, ἀνάγκη πνί μὴ ὑπάρχειν. μάλλον δ' ἵσως ὡς εἶσαι τῶν λεγομένων ἐκαστον φανερὸν. ἔστω γὰρ τὰ μὲν ἐπόμενα τῶν α, ἐφ' ὧν β. οἷς δὲ αὐτὸ ἐπιπέτω, ἐφ' ὧν γ. ἀ δὲ μὴ ἀδέχεται αὐτὸ ὑπάρχειν, ἐφ' ὧν δ. πάλιν δὲ τῶν ε τὰ μὲν ὑπάρχοντα, ἐφ' οἷς ζ. οἷς δ' αὐτὸ ἐπιπέτω, ἐφ' οἷς η. ἀ δὲ μὴ ἀδέχεται αὐτὸ ὑπάρχειν, ἐφ' οἷς θ.

Ασύγματος



Εἰ μὲν οὖν ταυτό πᾶσι τῶ γ πνὶ τῆν ζ, ἀνάγκη εἶναι πάντι τῶ εὑπαρξεν. ἢ μὲν γὰρ ζ πάντι τῶ ε. τῶ δὲ γ πάντι, ἢ α. ὡσεὶ πάντι τῶ ε, ἢ α. εἰ δὲ εἶ γ καὶ ἢ τῶ δ, ἀνάγκη πνὶ τῆν ε, ἢ αὑπαρξεν. τῶ μὲν γὰρ γ, ἢ α. τῶ δὲ ἢ, εἶ πάντι ἀκολουθεῖ. εἰ δὲ ἢ ζ καὶ εἶ δ τῶ δ, εἶ δὲ τῶ ε δὲ αὑπαρξεν ἐκ προσυλλογισμῶ. ἐπεὶ γὰρ ἀντιτρέφει ἢ σόρηπκόν, κὲ εἶ ζ τῶ α ταυτὸν, εἶ δὲ τῶ ζ ὑπαρξεν ἢ α, ἢ δὲ ζ πάντι τῶ ε. πάλιν εἶ δ β καὶ ἢ δ τῶ ε, οὐδὲν τῆν ε ἢ α ὑπαρξεν. εἶ γὰρ β τῶ μὲν α πάντι, τῶ δὲ εἶ φ ἢ ε εἶ δὲ ὑπαρξεν. ταυτὸ γὰρ λῶ τῶ ε ἢ β. ἢ δὲ ε εἶ δὲ τῶ ε ὑπαρξεν. εἰ δὲ ἢ δ καὶ ἢ τῶ δ, εἶ α πνὶ τῆν ε εἶ ὑπαρξεν. τῶ γὰρ ἢ εἶ ὑπαρξεν εἶ α, εἶ εἶ δὲ τῶ δ. εἶ δὲ ἢ εἶ δὲ τῶ ε. ὡσεὶ πνὶ τῆν ε εἶ ὑπαρξεν. εἰ δὲ ἢ καὶ ἢ τῶ δ, ἀντιτραμμίνθη εἶσαι ὁ συλλογισμός. εἶ μὲν γὰρ ἢ τῶ α ὑπαρξεν πάντι. ἢ γὰρ β τῶ α. εἶ δὲ ε τῶ β. ταυτὸ γὰρ λῶ τῶ ἢ. ἢ δὲ α τῶ ε πάντι μὲν εἶ ἀνάγκη ὑπαρξεν, πνὶ δὲ ἀνάγκη, ἀλλὰ εἶ ἀντιτρέφειν τῶ κατὰ δόξαν κατὰ γοείαν τῆ κτ᾽ μέρος. φανερὸν δὲ, εἶ εἰς τὰ προσημνία βλεπόμενα ἐκατέρου, κατὰ εἶκασον πρόβλημα. εἶ δὲ τῶ ε ἢ πάντι οἱ συλλογισμοί. εἶ δὲ καὶ τῆν ἐπὶ μύων, καὶ οἱς ἐπιταί εἶκασον, εἶς τὰ προτα καὶ τὰ κατὰ δόξαν μάλιστ᾽ ὑπερέβειν. εἶ τῶ ε, μάλλον εἶς εἶ κ ζ, ἢ εἶς


ἢ εἰς δ' γ' μόνον. εἰ μὲν γὰρ τῶ κ ζ' ὑπάρχει δ' α',
καὶ φ ζ' καὶ τῶ ε' ὑπάρχει. εἰ δὲ τὸ τῶ μὴ ἔπε-
ται, ἐγχωρεῖ τῶ ζ' ἔπειτα. ὁμοίως δὲ καὶ ἐφ'
ῶ αὐτὸ ἀκθλουθεῖ, σκεπτόμενον. εἰ μὲν γὰρ τοῖς πρῶ-
τοις, καὶ τοῖς ὑπ' ἐκείνα ἔπεται. εἰ δὲ μὴ τούτοις,
ἀλλὰ τοῖς ὑπὸ ταῦτα, ἐγχωρεῖ. Δῆλον δὲ, καὶ
δ' δὲ τῶν τελευτῶν καὶ τῶν δύο προτάσεων ἢ
σκέψις, καὶ δὲ τῶν προσημνίων ἀκριβῶς οἱ συλ-
λογισμοὶ πάντες. δεικνύται ὅτι ὑπάρχειν μὲν
παντὶ τῶ ε' ἢ α', ὅταν τῶ γ' καὶ ζ' ταυτὸν πη-
φθῆ. ἄλλο δ' ἔσται μέσον, ἄνωρα δὲ ἢ α' καὶ ε'. γί-
νεται δὲ δ' πρῶτον ἀκριβῶς. τινὶ δὲ, ὅταν δ' γ' καὶ
δ' ἢ ληφθῆται δ' ν. ἄλλο δὲ ἢ ἔξατον ἀκριβῶς. μέ-
σον γὰρ τὸ ἢ γίνεται. μηδενὶ δὲ, ὅταν τὸ δ' καὶ τὸ
ζ' ταυτὸν. οὕτως δὲ καὶ τὸ πρῶτον ἀκριβῶς, καὶ τὸ
μέσον. τὸ μὲν πρῶτον, δ' ἔδονι τῶ ζ' ὑπάρχει
τὸ α' (εἰπερὶ ἀπίστρεφει τὸ σδρκτικόν) τὸ δὲ ζ'
παντὶ τῶ ε'. τὸ δὲ μέσον, δ' τὸ δ' τῶ μὲν α' οὐδε-
νι, τῶ δὲ ε' παντὶ ὑπάρχει. τινὶ δὲ μὴ ὑπάρχειν,
ὅταν ἢ δ' καὶ τὸ ἢ ταυτὸν ἢ. ἄλλο δὲ τὸ ἔξατος
ἀκριβῶς. τὸ μὲν γὰρ α' ἔδονι τῶ δ' ἢ ὑπάρξει, τὸ δὲ ε'
παντὶ τῶ ἢ. φαιδρόν οὖν, δ' Δὲ τῶν προσημ-
νίων ἀκριβῶς οἱ συλλογισμοὶ πάντες, καὶ δ' ἐκ
ἐκλεπτόμενον ὅσα πᾶσιν ἔπεται, Δὲ τὸ μηδενὶ
γίνεσθαι συλλογισμὸν ἴσχυρῶν. κατασκευάζειν
μὲν γὰρ ὅλως ἐκ τῶν ἐπιμελίων. ἀκρῶς δὲ εἶν
δ' οὐκ αἰδέχεται Δὲ τῶν πᾶσιν ἐπιμελίων. δεινὸν
τῶ μὲν

τῶ μὴ ὑπάρχειν, ὅ δὲ μὴ ὑπάρχειν. φανερὸν δὲ
 δὲ, ὅ· καὶ αἱ δὴμα σιέφεις τῆν κῆι τὰς ἐκλε-
 γὰς ἀχρεῖοι πρὸς τὸ κριεῖν συλλογισμὸν. οἱ ὅ, εἰ τὰ
 ἐπόμενα ἐκαστὸν ἄνω τῶν ὅσιν. ἢ εἰ οἷς ἔπειται τὸ
 α, καὶ ἂ μὴ ἀδέχεται ὅ ε, ἢ ὅσαι πάλιν μὴ ἐγ-
 χωρεῖ ἐκαστὸν ὑπάρχειν. ὅ δὲ γίνεται συλλογισ-
 μὸς δὲ τούτων. εἰ μὴ δὲ τὰ ἐπόμενα ταυτὰ,
 οἱ ὅ β καὶ ὅ ζ, τὸ μέσον γίνεται ἀήμα, κατῆ
 γοεικῶς ἔργον ἀμφοτέρωσ τὰς πρῶτάσεις. εἰ δὲ
 οἷς ἔπειται τὸ α, καὶ ἂ μὴ ἀδέχεται ὅ ε, οἱ ὅ τὸ
 γ καὶ τὸ δ, τὸ πρῶτον ἀήμα σὸρητικῶν ἔργων
 πῶ πρὸς τὸ ἐλατῆρον ἄνωρον πρῶτάσεις. εἰ δὲ ὅσαι
 μὴ ἀδέχεται ἑκάστῳ, οἱ ὅ δ καὶ τὸ ε σὸρητι-
 καὶ ἀμφοτέρωσ αἱ πρῶτάσεις, ἢ εἰ ὅ πρῶτον, ἢ
 εἰ ὅ μέσῳ ἀήμα π. οὕτως δὲ οὐδ' ἀμφοῖς ἔσαι συλ-
 λογισμὸς. δῆλον δὲ, καὶ ὁρῶντα ταυτὰ ληπῆρον
 τὰ κῆι πῶ ἐπίσκειν. καὶ ἔχ' ὁρῶντα ἔτῳρα ἢ ἐναν-
 τία. πρῶτον μὲν, ὅ· τῆ μέσου χάεν ἢ ἐπίβλεψις.
 τὸ δὲ μέσον οὐχ ἔτῳρον, ἀλλὰ ταυτὸν δ' εἰ λαβεῖν.
 εἶτα, οἱ ὅσοις συμβαίνει γίνεσθαι συλλογισμὸν ὅ
 ληφθῆναι ἐναντία, ἢ μὴ ἀδεχόμενα τῶ αὐτῶ
 ὑπάρχειν, εἰς αὐτὸν πρῶτον μὲν οἷσ' ἀπαντα αἰαχ-
 λῆσε τῆ τῶ πρῶτος. οἱ, εἰ τὸ β, καὶ τὸ ζ ἐναντία, ἢ
 μὴ ἀδέχεται τῶ αὐτῶ ὑπάρχειν. ἔσαι μὲν δὲ τῶ
 τῶν ληφθῆναι συλλογισμὸς, ὅ· ἔδ' οἱ τῶ ε τὸ
 α ὑπάρχει ἀλλ' ἐκ τῶ αὐτῶ, ἀλλὰ ἐκ τῶ πρῶ-
 ρημῆλου τῶ πρῶ. τὸ γὰρ ε τῶ μὲν α ὅσιν, τῶ
 δὲ ε

ἢ εἰ ἐδωκὶ ὑπάρξει, ὡς ἀνάγκη ταυτὸ εἶναι εἰς β' π
 νὶ τῷ δ'. πάλιν, εἰ εἰς β' καὶ ἢ μὴ ἐγχωρεῖ ὡς αὐ-
 τῷ πρῆναι, ὅτι πνὶ τῷ εἰς ὑπάρξει δ' α'. καὶ γὰρ
 οὕτως τὸ μέσον εἶσαι ἄξιμα. εἰ γὰρ β' τῷ μὲν α'
 παντὶ, τῷ δὲ ἢ ἐδωκὶ ὑπάρξει. ὡς ἀνάγκη τὸ ἢ
 ταυτόν πνὶ εἶναι τῷ δ'. εἰ γὰρ μὴ ἀδέχεται τὸ β'
 καὶ δ' ἢ ὡς αὐτῷ ὑπάρχειν, ἐδὲν ἀφαιρέσει, ἢ δ'
 ἢ τῷ δ' πνὶ ταυτὸν εἶναι. πάντα γὰρ εἰληπταὶ αὐ-
 τῷ δ', τὰ μὴ ἀδεχόμενα τῷ α' ὑπάρχειν. φανε-
 ρὸν δὲ, ὅτι ἐξ αὐτῶν μὲν τῶν τῶν ἰδιόλεξεως
 ἐδὲς γίνεται συλλογισμὸς. εἰ δὲ τὸ β' καὶ τὸ ζ'
 εἰς πάντα, ταυτόν πνὶ εἰς β' τῷ δ', καὶ τὸν συλλο-
 γισμὸν γίνεσθαι, διὰ τῶν συμβαίνει δὲ τῶν οὐ-
 τως ἰδιοσκοπίσι, προσεπιβλέπειν ἄλλω ὁδῶν
 ἀναγκαίως διὰ εἰς λαμβάνειν καὶ
 τὴν ταυτότητα εἰς β'
 καὶ εἰς δ'.

Τ Ε Λ Ο Σ.

BASILEAE, PER IO.
annem Oporinum, Anno salutis huma-
nae M. D. XLVIII,
Mense Aprili.




67⁹
e,3

67⁹
e,3

X 2199763





RATIO IN-
VENIENDI MEDIUM TER-
minum in syllogismo Categorico,
ab Aristotele tradita, & per CHRIS-
TOPHORVM CORNE-
RVM ex Fagis diligen-
ter explicata.

*Vnà cum tractatu ipso ποὺ ἀντιπέρας περὶ
τάσεων, ex Aristotele, ad finem
adiecto.*

Addita etiam est Præfatio, de usu
huius doctrinæ.

BASILEÆ.

